teun	p o e	e	iu	nh	mboemht	mkloptroemh	enne	mb . . .	mptlomiese
manifestat.	a.	I.	IX.	8vo	reginae	Cleopatrae	οὔσης	. . . .	Ptolemaei

L i n. II.

1	2	3	4	5	6	7	8
nmηηe [1])	mηeeη [2])	nnηtroemh	enne	nueh	malkschntroes	ome	oi
amantis	signa	omnes	ὄντος	sacerdote	. . . . .	. . .	. .

L i n. III.

1	2	3	4	5	6	7	8
sne [3])	hneoop	pschaeηee [4])	hneooop	mηηesjouee [5])	hneoop	nnenηe	nneop
fratres	deorum	mitium	deorum	amantium genitor.	deorum	. . . . [6])	deorum

9	10	11	12	13
eusjoneφ	emn [8])	mηηe	mheeφ [9])	noo
gignentium [7])	et	amantium	amantes	deorum

L i n. IV.

1	2	3	4	5	6	7
mηηe	sjoneφ	henonoope	pschaeηee	eemηηe [11])	mηeeφ	nnηtroeuh [13])
amantium	genitores suos [10])	deorum	εὐεργέτ.	amantes	amantes [12])	omnes

8	9	10	11	12
nseh [14])	npi	nnboηee	enηee	sche [15])
post	statuta	. . . . .	. . .	ut

---

1) Lin. IV. Gr. *ἐπιφαν. εὐχαριστος.*
2) ⲘⲎⲒⲚⲒ. Vel *amantes eum.*
3) Gr. (*φιλαδελφ*).
4) Gr. *εὐεργετων.*
5) Gr. *φιλοπατορων.*
6) Gr. *ἐπιφανων.*
7) Vel *generatorum.*
8) Vel *neoo, deorum.*
9) Copt. ⲘⲒϢ, ⲘⲒⲞⲪ, [Leg. ⲘⲒⲞϤ, S-h.] *egregie se gerere.*
10) Gr. *φιλοπατορων.*
11) II, 1.
12) Vel *egregie se gerere.*
13) II, 3.
14) Vel *nsa.*
15) *Vltima haec* in Par. et Or.

Lin. V.

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
unne	nhpeee [16])	. . . .	. . . .	. . . .	. . .	nte	oinnenu	nnηh [17])	echme [18])
sit	statutus	. . . .	. . . .	. . . .	. . .	ut	Graeci	. . .	. . .

11	12	13
enne [19])	epnno	nηschoe
per	an.	. . . .

Lin. VI.

1	2	3	4	5	6	7	8
rnpη [20])	noaemsoe [21])	ephnoto [22])	nnneηe	nnspril	ntemsch	ηarehi	chmeh [23])
. . .	. . . . .	. . . .	. . . .	. . . .	cingant	fluv. (?)	. . . .

9	10
. . . .	. . . .
. . . .	. . . .

Lin. VIII.

1	2	3	4
. . . .	. . . .	ueh	schrmhe
. . . .	. . . .	sacerdos	Os.

Lin. IX.

1	2	3	4	5	6	7	8
nn. . [24])	ηtemree	ehmai [25])	schprile	heηho	. . . .	. . . .	eφiηe [26])
. . .	. . . .	loci	. . . . .	. . . .	. . . .	. . . .	portans

Lin. XIV.

1	2
erηsch	botφu [27])
erigatur	. . . .

---

16) Vel *nhpere.*
17) Vel *schηp.*
18) Vel *ηchme.*
19) Gr. *ὄντων.*
20) Vel *nschpη.*
21) Vel *noarnnsoe.*
22) Vel *ephroto.*
23) Vel *kmeh.*
24) Vel *m..*
25) Copt. ⲘⲀⲒ. Vel *hnnai*, *illorum.*
26) Vel *eφipe.*
27) Vel *borηu.*

Lin. XVIII.

1	2	3	4	5	6	7	8	9
nηbpηe	huehηo	. . eo [28])	neope	emn	nneoope	mp	nsch	o e e [29])
posit.	in adytis	omnium	deorum	et	deorum	. .	. . .	. . .

10	11
nnφ	nnuschoe
. .	. . . . .

IN TERGO.

	1	2	3	4
Lin. I.	aϑhinh	nsche	pi	roiη [30])
	. . . . .	. . .	. .	. . .

	1	2	3
Lin. II.	mer	. . . .	. . . .
	. . .	. . . .	. . . .

SPECIMEN VI.

Lit. A.

1	2	3	4	5	6	7
Etentaf	fi [2])	mehau [3])	tai [4])	er [5])	pische [6])	famine [8])
Quaecunque habuit [1])	conseruat	sepulcrum	hocce;	est [7])	eximiae	Phamini

8	9	10	11	12	13	14
schri	nhirakleosche [9])	moine [10])	bi	sche	iorh [11])	escheηsches
filiae	Nhiracleosche	Graeci,	seruat	lignum	fossae	puluerem eius [12])

---

28) Vel *netreo.*
29) Vel *orr.*
30) Vel *roesme.*
1) Vel *quaecunque habet*, *possessio eius.*
2) Noli legere *bi*, monumentum.
3) Vel *mhau*, *mahoe*, *mhaoe.*
4) Vel *ti*, *tη*, *tηi.*
5) Vel *et.*
6) Vel *schole* spolia; ⲠⲒϢⲒⲚⲎⲞⲨ, urbs, ⲠⲒϢⲒⲚⲒ, ⲠⲒϢⲚⲎⲈ. Vel *piareh*, custos, *fi*.. servat.

7) Vel *sunt eximia.* ϣⲉⲗϣⲟⲗ, spoliare, *σκυλα* h. e. quae sunt eximia. ϣⲟⲗϩⲥ, corpus, quod vero fem. ϯϣⲟⲗϩⲥ. ⲕⲟⲥ, ⲕⲱⲥ, *ἐνταφιασμος*. ⲕⲱⲥ, membra [leg. ⲕⲉⲗⲓ S — h.]

8) Vel *efamebη*, *famire*, *fηeo* ⲫⲟⲁ. Ergo anguicula post verbum quintum aut *α* est, aut *φ* idque hieroglyphicum ϩⲫⲱ [i. e. ϩϥⲱ S—h] anguis.
9) Vel *nηhakleóschee.*
10) Vel *nmrine.*
11) ⲓⲟⲣϩ, fossa; aut ab ⲓⲱⲧ, pater, lignum patris; aut *Osrhersch Chme*, Osiris Aegypti; ϣⲱϥ, dedit.
12) *pulueres*, quos habet.

15	16	17	18
etente [13])	theiû [14]),	i	maniat [15])
quem habuit;	anima	intrat	locum beatorum [16])

L i t. *B.*

1	2	3	4	5	6	7	8
tiermsch [1])	etûab [2])	tie [3])	mnhaee	eschesch [4])	mthiue [6])	nchη [7])	sjrit [8])
Thermuthis	sacra	da	terrae	puluerem [5])	animus	ad manere	. .

L i t. *C.* *D.* *E.*

1	2	3	4	5	6	7	8
tiermsch	etûab	tie	mnhaee	eschesch	mthiue	nchη	sjrit
Thermuthis	sacra	da	terrae	puluerem	animus	ad manere	. .

L i t. *F.*

IUXTA IMAGINEM.

1	2
epnsjen [1])	epnsjen
sursum!	sursum [2])!

13) Vel *netente*, *metente*, *nee* quod fortasse significat *se*.

14) Vel *theiue*, *theue*, *thηηue*, *theηu*; etenim *teeu* pro ⲦⲎⲨ Sah., vulg. ⲦⲎⲞⲨ [leg. ϬⲎⲞⲨ S-h.]; *teu* vel *schiesch e*, *schieschie*, vel *iu*.. Ne legas *e mηr* traus; alioquin sequeretur *trans quid sit?* Est tamen in cistula *thiou*.

15) Vel *tichschrit*; *miη*, δικαιος, ⲀⲘⲎ, ⲘⲎ, ⲘⲞ, veri; an *tie*, da, vel *mηr*, trans, *metniui*, *mtniui*, *nhiat*, *nahiat*, Sah. *naeiat*, beatus secundum ⲰⲞⲨⲚⲒⲀⲦ, ⲘⲀⲚⲒⲀⲦ. Noli legere *mηch*, neque *m chη*; legendum esse *nhiat* suadet No. IV., inprimis No. VIII. Tab. VIII. ⲢⲎϮ, modus, ⲢⲎⲦ, plantare, oriri, nasci, adesse; ⲈⲢⲎⲒ, supra. Quorsum enim, etiamsi *nhη* aut *nhi* dici posset pro sursum?

16) Vel *venit in*, vel *ut sit beata*, ἡ ψυχη περαν μακαρια.

1) Vel *tie ensch* vid. I. Ros. 3, 4.

2) Vel *enûab*, *enδab*, *enueisj*.

3) Vel *tηi*, *tih*, *tiu*, *hech*, *hesch*, *pesch*.

4) ⲠⲒ ϢⲎϢ; vel *mschee tn*, *msch er tn*; *m aut n*.

5) Vel *ad puluerem*.

6) Vel *è mtηiu*, animam.

7) Vel *thi in*.

8) Vel *neita*, *schik*, foue.

1) Pro *epenesjen*.

2) Proprie *ad (ea) quae super*, ut *è pschoi*, ergo *sursum*, nostrum *hinauf! hinauf!*

SPECIMEN VII.

	1	2
L. I.	ôêen [1])	ep [2])
	apertus	. .

	1	2
L. II.	enhthu [3])	terma [4])
	. . . .	. . .

	1	2
L. III.	nepĕô	nune [5])
	statuta	. . .

	1	2
L. IV.	nebsch	po [6])
	neglecta [7])	. .

	1	2
L. V.	aschies [8])	nûen [9])
	producas [10])	omnibus [11])

	1	2	3
L. VI.	nchmò [12])	nune [13])	memeree [14])
	Aegyptiis	omnibus	hodie (?)

	1	2
L. VII.	nhchmô	nane
	Aegypto	bona [15])

	1	2	3
L. VIII.	n	chono [16])	nanŏ [17])
	. .	. . . .	. . .

	1	2
L. IX.	rmen [18])	. . . .
	. . .	

	1	2
L. X.	nenem [19])	nhchmo
	omnibus	Aegyptiis

	1	2	3	4
L. XI.	echono	nenem [20])	ner	tene [21])
	Aegyptiis	omnibus [22])	. .	. . .

	1	2	3
L. XII.	nenem [23])	nhchmo [24])	schm [25])
	toti [26])	Aegypto	tranquillitatem [27])

	1	2	3
L. XIII.	nhchemô [28])	nhteru [29])	aen [30])
	Aegyptios	cunctos	ducat

---

1) Vel *ôẹẹt*, *ôin* Graec., ⲞⲨⲎⲚ, apertus.
2) Vel *eh.*
3) Vel *rnchiu*, *eerne*, fecit.
4) Vel *énnô*, *ethu*, hoc; *timo*, dans aquam.
5) Vel *nuen*, *nenem*, omnibus statum.
6) Vel *ho*, *pôannies*, Johannes.
7) Vel *ne obliviscaris* Johannis.
8) Vel *anises*, ϢⲒ, metiri; ⲀϢⲒ, pendere; ϢⲒⲎ, producere (imperat.).
9) Vel *nenem.*
10) Vel *metiaris.*
11) Vel *eam.*
12) Vel *èchmô.*
13) Vel *nnem.*
14) Vel *memere*, *éténo*, *ntomu.*
15) Autab ⲈⲚ, ducere; ⲀⲚⲒ, ducas.
16) Vel *neeu*, *meo*, *neo.*
17) Vel *me*, *nr.*
18) Vel *. earne.*
19) Vel *neune.*
20) Vel *nuen.*
21) Vel *dene.*
22) Vel *omnia.*
23) Vel *neuen.*
24) Vel *npcheno.*
25) Vel *schŏ.*
26) Vel *omnibus.*
27) Vel *panem.*
28) Vel *npchmô.*
29) Vel *etenoui*, mea.
30) Vel *taen*, *nmeraene*, *hneraene*; *ran*, placere; *ramao* dives; *er*, facere.

SPECIMEN VIII.

	1	2	3	4
Lin. I.	εωu [1])	tthie	tr . nη . . sj	upeeηmme [2])
	gloriam	da	. . . . .	. . . . . .

	1	2	3	4
Lin. II.	ηen [3])	eφη	pœe	. . .
	. .	. .	. .	. . :

	1	2	3	4
Lin. III.	mieωt	. . . .	mruηpmee [4])	nchmh
	. . .	. . . .	. . . . . .	. . . .

	1	2	3	4
Lin. IV.	thη	chηmη	hω	ωschrsjrnω
	. .	. . . .	. .	. . . . . .

	1	
Lin. V.	nurme	. . . :
	Horo	. . . :

SPECIMEN. IX.

	1	2	3	4	5	6	7
Lin. XVI.	chme	teho	φ. . .	eri	. . .	. . . .	. . . .
	. . . .	. . .	. .	. .	et	Horo	filio

	1	2	3
Lin. XV.	. . . .	ri	. . . :
	. . . .	. .	filio

	1	2	3	4
Lin. II.	. . . .	esjo	irschpoi	: . . .
	. . . .	. .	. . . . .	. . . .

SPECIMEN X.

	1	2	3	4	5
Lin. I.	. . . . . .	. . . .	. . .	. . . .	. . .
	manifestatum	servans	divina	diebus	. . .

1) Vel *rωut*, gaudium.
2) Vel *uperηmme*, *ube? rimi*, fletus.
3) Vel *ηem.*
4) Vel *meuηpmer.*

SPECIMEN XI.

1	2	3	4	5
mtht	scheinl	chelel [1])	....	....
...	....	....	....	....

SPECIMEN XII.

1	2
mωe [2])	npscheωe
...	.....

SPECIMEN XIII.

1	2	3	4
msche	hntthηu	pen.u [3])	....
....	dare	....	....

SPECIMEN XIV.

	1	2	3	4
Lin. V.	....	....	....	....
	prope	....	....	....
	1	**2**	**3**	**4**
Lin. X.	....	....	....	etentefη
	....	....	....	possessiones suas
	1	**2**	**3**	**4**
Lin. XIII.	....	....	....	....
	remisit	....	....	....
	1	**2**	**3**	**4**
Lin. XIV.	men	....	....	....
	...	....	....	....

SPECIMEN XV.

P. I.

	1	2	3	4	5	6	7
I.	escheie [1])	ôsjersch	chme	nmηhle [2])	ôsjersch	chme	teho [3])
	Invoca	Osiridem	Aegypt.	cum vera elatione	Osiridem	...	adora

---

1) Vel *chelrl.*
2) Vel *eωi.*
3) Vel *prn.u.*
1) Vel *...ne*, accedc.

2) Vel *nmohlo*, ⲙⲏⲓ, ⲟⲗⲓ [L. ϣⲗⲓ Sh.]
3) ⲧⲉϩⲟ Sah. vulg. ϯϩⲟ.

	1	2	3	4	5
III.	osjηersch	chme	peschaeo [5])	mnuu	nisch-
	. . . . . .	. . .	benefico	deo	subli-

	1	2	3	4	5	6	7
IV.	ti	esch	emhmnô	scheri	lmschumaantde [6])	hmscheih	m
	mi	invoca	τον . . .	filium	Osymandyae	filii	τον

	1	2	3	4	5	6	7	8
V.	m)no	scheri	hm	meosjersch	chme	nem	ahlu [7])	nnuu
	. . .	filii	τον Hem	τον Osiridis	Aegypti	et	. . .	deum

	1	2	3	4	5	6
VI.	hnischti	mmno [8])	scheri	hmschηmaantme	ne	chme
	sublimem	. . . .	filium	. . . .	. .	. . .

	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
VII.	ne	sche	eηire	che	ar	sche	hteom [9])	meehlô	pr [10])	ptro [11])
	ut	veniat	. . .	. .	. .	. . .	. . .	. . . .	. .	. . .

	1	2	3	4	5	6
VIII.	rh	. . . .	. . . .	tiho [12])	malôeh	msch
	. .	. . . .	. . . .	venerare	. . . .	. . .

	1	2	3	4	5	6	7	8
IX.	iepe	tηi [13])	h m o r k [14]) u p	schri	men	more	nti	tio
	. . .	. .	. . . .	. . .	. . .	. . .	. .	. .

	1	2
X.	nsche	eschηmhaantme
	ut veniat	Osymandyas

P. III.

I N S C R I P T I O.

	1	2	3	4
I.	. .	mnoote [15])	nischti	. . . .
	. .	Deus	sublimis	. . . .

5) Vel *tischae*, da festa.
6) Vel *maschumaantme*.
7) Vel *nemahle*, *mtilei*, *mmηler;* vid. II. 1, 4.
8) *Sic* legendum.
9) Vel *htrom*.
10) Vel *pl*.
11) Vel *ptio*, *ptaio*, donum.
12) Vel *teho*.
13) Vel *taio*.
14) Vel *e*.
15) Vel *mnooth*.

	1	2	3	4	5	6	7	8	9
II.	nem	iel	sche	è	chme	teeho	chmĕ [16])	ηsje	schote
	cum	splendore	veni	ad	Aegyptum	venerare	Aegyptus	Isidem	festa

10	11
tηe . e	osj . [17])
da	Os.

	1	2	3	4	5
III.	. . . .	ë	ou	scheri [18])	. . . .
	. . . .	.	. .	. . . .	. . . .

	1	2	3	4	5	6
I.	. . . .	ηsje	. . . .	teho	chme	ηsje
	. . . .	. . .	. . . .	venerare	Aegyptus	Isidem

	1	2	3	4	5
II.	schotschôe [1])	tηee	nηsje	. . . .	. . . .
	festa	da	Isidi	. . . .	. . . .

	1	2	3	4	5	6
III.	teoe	. . .	sche	e . .	nηsch(?)e	. . . .
	dona	. . .	. . .	. . .	. . . .	. . . .

	1	2	3	4	5	6	7	8
IV.	schmie	rer	Phtha	eosjhη [2])	chme	(m)pschaoe	enηou (?)	nmielηe
	. . . .	. .	. . .	. . . .	. . .	benefic.	veniens	cum splendore

	1	2	3	4	5	6	7
V.	em [3])	. . . .	. . . .	. . . .	erschu	nem	ielη
	. .	. . . .	. . . .	. . . .	fac festa	cum	splendore

	1	2	3	4	5	6	7
VI.	mschersch [4])	φte [5])	amη	meĭ	chme	mei	chmĭhe
	Osir.	. .	veni	dilect.	Aeg.	. .	Aegyptus

---

16) Vel *chemĕ*.

17) [Desunt nonnulla. Sh.]

18) Est unicus filius; vel *ou scheri*, unicus filius; *ηsje*, genitrix est.

1) Vel *schotschue*.

2) Vel *eoish*, *eosjer*.

3) Vel *er*, fac.

4) Vid. 1. 7. extrem.

5) Vid. lin. 9.

	1	2	3	4	5	6	7	8
VII.	chme	teho	chme [6])	ηsche	m)schot	tηee	nηsche	er [7])
	Aegyptus	venerare	Aegyptus	Isidem	festa	da	r. Isidi	facient.

	1	2	3	4	5	6	7
VIII.	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .
	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .	. . . .

	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
IX.	sjersch [8])	amη [9])	mje	chme	meo	chme	r e m	chme	pschaeo [10])	e [11]
	. . . .	. . .	amantem	. . .	. . .	. . .	. . .	. . .	. . . .	.

	1	2	3	4	5	6	7
X.	. . . .	ηele	e . . .	neoschersch [12])	amη [13])	nem	ηele
	. . . .	splendor	. . . .	. . . . . .	veni	cum	splendore

6) Vel *taie*, *teme*.
7) Vel *em* vid. l. 5. init.
8) Vel *scheri*.
9) Vid. l. 10.
10) Vel *nischaeo*.
11) Vel *n*.
12) Vel *heosjersch*.
13) NB. vid. l. 9.

F I N I S.

LIPSIAE, TYPIS FR. CHR. G. VOGELII.

VITA

FRIDERICI AVGVSTI GVILIELMI SPOHNII

A

Non alienum est ab hoc opere meoque officio, hic SPOHNII memoriam colere. Is enim princeps videtur in hoc literarum genere, quod, cum omnes fere scientiae partes expetitum eat, quomodo et quali ex capite natum sit, cognoscere non paucorum intererit. Permulta egit et in aduersariis notauit aliisque tum colloquiis, tum epistolis tradidit, quibus et hoc volumen et sequentia praecipue illustrantur. Dicendum erat, quo tempore monumenta Aegyptiaca explicare inceperit, qua ratione processerit, cur ita scripserit, quid sibi in singulis voluerit. Multo labore et acumine, multa constantia et arte opus fuit, priusquam haec scripta orirentur, quae nunc tanquam segetem virentem facili negotio perlustramus. Hinc ne immemores tantorum impedimentorum accederent, caueri etiam debebat. Ceterum quicunque nouum iter et simile, nunc quidem haud longum et pericluosum, ad obscura Aegyptiorum sacra susceperint, ii certum atque disertum, quem assumant, ducem his in literis inuenient. Habes itaque hic omnia tecum, bone lector, quae ad rem Aegyptiacam inclinantur, atque dum SPOHNII lucubrationibus fruaris et delecteris, noli, quanto pretio, scilicet egregii hominis iactura, comparatae sint, ingratus obliuisci.

FRIDERICVS AVGVSTVS GVILIELMVS SPOHNIVS natus est Tremoniae, Vestphaliae oppido, anno superioris saeculi nonagesimo secundo, die sexto decimo Maii. Patrem habuit THEOPHILVM LEBERECHTVM SPOHNIVM, Philosophiae illa in vrbe Professorem atque Archigymnasii Prorectorem, matrem CHRISTIANAM ROSINAM GVILIELMINAM e gente NETTONIANA. Pater Islebiensis tum Graecis et Latinis in literis, tum Semiticis praeclare versatus, cum Lipsiae ad aedem Petrinam Concionator vespertinus et Catecheta atque in Academia Doctor priuatus eaque relicta Tremoniae egregiae doctrinae et acuti ingenii specimina edidisset, mox altiori loco destinatus est. Vocabatur Vitebergam anno nonagesimo quarto s. s., vt succederet REINHARDO, Dresdam vocato, in Professuram S. S. Theologiae et Magisterium siue Propsturam ad arcis aedem nec non Assessuram, quae dicitur, Consistorii. Vitebergam venit cum familia, quo die filioli bimi natalitia agebantur. Triduo post febri neruorum afficitur ac die secundo Iunii diem supremum obit, patriae terrae denuo vix ostensus. Reliquit vxorem viduam atque puerum „non opum quidem et diuitiarum, sed doloris et lacrymarum heredes" *). Aderant dissertationes duae typis iamiam exscriptae, altera ad summos in Theologia honores capessendos, altera ad Professuram suscipiendam, quae exspectarent suum suarum laudum e publica cathedra vindicem, sed frustra.

Ab hoc inde tempore mater cum parentum officia bipartita superstiti parti commissa videret, omnem operam siue vnicam posuit in educando puero, in quo mariti defuncti ingenium et virtutem praesagiebat suaeque senectutis futurum solatium putabat latere. Caute coniungebat cum materna facilitate supercilium paternum, cum osculis preces, cum blandimentis incitamenta. Officii partem in se suscepit DRESDIVS, Theologiae Doctor et Professor Vitebergensis, postquam anno huius saeculi primo, mense Ianuario cum matre SPOHNII matrimonium inierat. Hic, qua erat animi pietate et opum

---

*) Vid. Ieremias vates emendat. nottq. crit. illustr. a. M. Gottl. Leb. SPOHN. vol. II. post obit. pat. ed. Fried. Aug. Guil. SPOHN Lips. 1824. dedic. pag. 2.

copia, puerum nunc ipse docuit, nunc magistrorum idoneorum scholis priuatis ita erudiendum curauit, vt cum laude et fructu mox sublimiore institutione vti posset.

Anno cIↃIↃCCCIV., die XI. Nouembris SPOHNIVS noster in scholam regiam Portensem, seminarium literatorum tunc temporis Saxoniae florentissimum, receptus est, in qua magistros optimos ILGENIVM V. S. V., SCHMIDTIVM, LANGIVM, IAHNIVM, GERNHARDVM, FLEISCHMANNVM aliosque habuit. Ibi per sex fere annos versatus alti sui nominis fundamenta iecit. Vitrici obitus, qui accidit anno huius saeculi quinto, die decimo Martii, vt animum gratum affecit dolore, ita incitauit SPOHNII studia. Cum summa assiduitate tractabat bonas literas. Lectitabat scriptores Latinos et Graecos, e quibus Homerum, quem fouebat, integrum mature perlustrauit; scribebat, disputabat neque Latine sed Graecoe etiam. Literis Hebraicis non exiguam operam impendebat, de quibus psalmos praecipue legebat, in vernaculam, metrorum ratione habita, conuertebat, interpretabatur; atque linguae adeo Syriacae et Arabicae flosculos delibabat. Accedebant studia linguae Anglicae et Gallicae, in quibus non medioriter proficeret, atque Italicae. Ceterum designabat, pingebat, quod, cum sequiori tempore chartas geographicas praepararet, commodissimum ei accidit, aliasque artes exercebat. Factitabat poeticam et Graecam et Latinam et, in qua regnauit, Germanicam. In his quidem omnibus summa cum laude versatus est neque tamen ita excelluit, vt neminem haberet sibi aequalem vel superiorem. Est enim duplex huius modi iuuenum genus, quos pomis comparare licet. Alterum subflauum, turgescens, splendidum, vndique rubescens, bene coctum, odoratum תאוה־הוא לעינים ונחמד להשכיל, transeuntium oculos in se defigit, laudem et admirationem incitat; fallit autem exspectationem atque post breue tempus marcescit. Alterum specie horrida, crudum, crustatum, viride, serius albescit atque perenne paulatim materiae suae praestantiam cognoscendam praebet. Ex hoc genere SPOHNIVS erat, cuius indolem, qua praeualebat, non ita multi perspiciebant. Credebant commilitones materiam verbis magistri exhaustam nec dubitabant, quin, quae in scholis audiuerant aut in libris legerant, omnia essent recte percepta aut dicta. Ille altius inquirebat, nil temere sumebat, in paruis, aiebant, haerebat, nugas persequebatur sibique, cum aliquid noui inuenisse, aut rectius perspexisse existimaret, magnopere gratulabatur. Tironum est, grauiora extimescere vel fastidire et, quae non statim e voto succedant, ea aut alii tempori, aut aliorum studiis relinquere. SPOHNIVS, quae inceperat, ad finem perducebat; obscura et retrusa temporibus subseciuis, quae in commodum ingeniorum praestantiorum minime sunt, vt hodie fit, rescindenda, retractabat; difficillima quaeque exoptatissima habebat. Hinc accidit, cum laborum constantia et grauitas non satis conueniret corporis parum adhuc firmi viribus, vt morbum contraheret eoque remoto iter suscipere deberet ad valetudinem recuperandam. Solemus homunculi tum demum felices nos prae-

dicare, cum nos videmus aliquando aut de cathedra sacra verba facere, vacantes studiis multis et praegrauibus Cereri viuere, segetes horrentes cum familia lustrare; aut actiones instituere, causas dicere litigantibus, iura per pagos vicosque dare, rationem reposcere aerariorum sacrorum; aut aegrotantes visitare, morborum sedes inuestigare, equo vectos cum medicinae solatio in suburbia villasque inuolare. Nihil ex his SPOHNIO satis arridebat; adspirabat ad altiora atque ea, quae veluti glebae non adfixa sunt. Non dissimulabat, se operam dare, vt Academiam aliquando ornare atque, si Diis placeret, prouinciam patri morte praereptam nancisci posset. Familiaribus in aures insusurrabat, manere eum editionem alterius partis vaticiniorum Ieremiae, quae parata esset a patre. Cognouerat, in terris versus orientem sitis, multa etiamnum latere scitu necessaria aut digna, neminique contigisse, tot caligines discutere, tot tenebris lucem inferre. Meditabatur itaque cum amico iter longissimum, quod post triennium Academicum dirigerent ad illas terras. Amico destinabat Graeciam, Turciam, Asiam minorem, Syriam, Palaestinam; sibi reservabat vnam Aegyptum. Clarissimis coloribus depingebatur ludente phantasia conventus in Arabia felici, quam fortasse iusto feliciorem sibi finxerant *). Quod tunc in tirocinio machinatus est, id euentu non caruit. Aegyptum enim obiit non pedibus quidem vel iumentis, sed mente et animo atque plus sapientiae et lucis inde retulit, quam reliqui peregrinatores omnes. Ceterum iis erat moribus, vt sibi neminem non conciliaret, animo candido simplici et hilari, affabilis, comis, neque vero in malis obsequiosus, a simulatione et ostentatione alienissimus atque etiam grauis, continens, constans, inimicos non vllos habebat. Disceptabatur, sententiam dicebat; commilito quaerebatur, aderat; pugna pugnabatur, arma non detrectabat honesta, quippe memor, decorum esse *desipere in loco.* E magistris inprimis carus erat LANGIO atque ILGENIO scholae Rectori, viro de rebus diuinis atque humanis merito, qui eum e condiscipulorum numero permagno eligeret sibi famulum, quem dicunt, plurimisque bonis cumularet. Eius laudes et merita quaque occasione oblata grato animo SPOHNIVS praedicauit, et, quem per sex fere annos tanquam patrem orbus habuerat, eum postea constantis amicitiae vinculis secum coniunxit.

---

*) Huc spectant, quae in albo amici a Spohniana manu paulo serius scripta sunt:

Wo sich Muth und Jugendlust
In der Seele regen,
Ehern stemmt sich da die Brust
Der Gefahr entgegen.
Muthig Brüder, wenn sie dräut!
Nur im Kraftgefühle
Männlicher Beharrlichkeit
Kämpft man sich zum Ziele.

Etiam Baro *de Ferber*, Cancellarius tunc Zizensis atque Portae Inspector, vt erat Musarum fautor atque ingeniorum excellentium aestimator, ita SPOHNIO beneuolentiam studiumque suum praestabat. Huius rei adeo memor fuit eius pietas, vt viro generosissimo, Praesidi facto collegii supremi, res sacras et scholasticas per Saxoniam curantis, librum multi laboris et acuminis et eruditionis multo tempore post inscriberet, quo nescio an aliis, huiusmodi benefactorum memoria effluxisset. His enim verbis vsus est: „ex quo primum tibi innotui, nihil ardentius optaui, quam vt mihi aliquando contingat, vt vires exercere, tibi vero ea re animum gratum et pium possim comprobare" *).

Anno huius saeculi decimo, aetatis octauo et decimo in Academiam Vitebergensem, vbi mater degebat, se contulit, primis doctrinae eruditionisque aeque atque morum laudibus a magistris insignitus. Multa secum apportabat egregia, alia cum aliis communia, alia sibi propria. Cum aliis afferebat generalem scriptorum Latinorum et Graecorum notitiam, linguarum cognitionem harum fere perfectam, aliarum haud vulgarem, intelligentiam vigentem, memoriam amplam firmamque, animum ad explicandum vberem, quamquam in his etiam eminebat, doctrinae subtilitate, mentis alacritate et facilitate, ingenii acumine sensuumque candore. Singularis erat in tribus: retrusa animi facultate, cupiditate principatus et studiorumconstantia. Haec quidem virtus si in naturae praestantia non innascatur, ingeniosissimi iuuenes mediocritatem non excedent. Theologiae nomen dare vouerat atque dignus fieri cupiebat Professura literarum orientalium, quo in genere et pater et vitricus maxima cum laude versati erant. Patrias enim virtutes primum intelligimus et columus et affectamus. Frequentabat auditoria splendissima NITZSCHII, SCHLEVSNERI, TZSCHIRNERI, SCHOTTII, WINZERI, HEVBNERI; tractabat exegeticam, historiam ecclesiae, dogmaticam aliasque literas sacras. Omnibus in his adeo profecerat, vt, cum Lipsiam venisset atque KEILIVS V. S. V. ex hac vita discessisset, cogitarent ii, qui SPOHNII studia pristina perspexerant, de eo in cathedra vacua locando, quod modestissimis verbis recusauit. Literas Semiticas mox nisi reiecit, certe neglexit. Sibi enim in animum informauerat, has linguas nonnisi ope Samscridamicae, cuius laudes tunc valde iactabantur, exhauriri posse, atque credebat, cum ad eam bene addiscendam propter librorum raritatem pretiumque in Angliam sibi eundum putaret, rem suam tantis impensis non sufficere. Interim humaniores literas tantum aberat vt secundo, vt primo loco haberet. Sentiebat enim, neminem posse egregium theologum fieri, nisi philologum egregium. Intererat scholis LOBECKII, SCHEVII, POELITZII, qui summa cum auditorum admiratione et frequentia ille philologiam, hi

*) Vid. SPOHN. commentatio de extrema Odysseae parte. Lips. 1816. ded. pag. 3.

philosophiam et historiam profitebantur. Suo Marte legebat et relegebat veteres poëtas, historicos, oratores, philosophos, grammaticos, geographos tum Graecos, cum Latinos. Quae sibi aliquando vtilia aut memoria digna videbat, in collectanea, quae in schola iamiam excerptis stipauerat, referebat suasque obseruationes haud raro in margine librorum adnotabat. Vnum Homerum intactum sinebat, ne dicam, auersabatur, quod taedium Wolfii, quem hic annus luget, prolegomena ei iniecerant atque impia inuidaque poetarum ludibria: *Sagt wer ist der Sänger der Ilias?* atque illud: *Jetzt da der Wolf sie zerriss, nimmt sich ein jeder ein Stück.* Haec scripta tantam in eum vim exercuerant, vt cum lacrumis et luctu Homero suo valediceret.

Post biennium anno huius saeculi duodecimo in societatem philologicam, quam Lobeckivs moderabatur, receptus est. His in scholis, quibus pauci quidem, sed excellentissimi tirones exercebantur, triplex potissimum nactus est, scilicet sui cognitionem, ingenii palaestram atque institutionem interiorem. Quae animi dotes sibi inditae essent, quamue doctrinam sibi comparasset, sentiebat quidem, sed tum demum perspiciebat, cum commilitones veteris laudis perspiceret. Hactenus vires exercuerat inter parietes et scrinia cum aduersariis aut leuibus aut tacitis certe nec repugnantibus; hic campus erat belli latus apertusque, in quo nunc cum velitariis, nunc cum hastatis et graui armatura agendum erat. Quantopere his exercitationibus vires corroborauerit et expediuerit, quantasque doctrinae copias tanquam praedam reportauerit, non opus est demonstrare. Nequeunt enim facilius et rectius neque errores auferri, neque leuitas fugari, neque inflatio sanari, neque temeritas coerceri, quam vbi amici et magistri statim praesto sunt, qui artium humanitate aut magis aut aeque eruditi libere de suis promant, quaecunque iuuant vel illustrant, qui specimina proposita iudicent et ponderent, qui instigent, reuellant, perstringant. Inprimis Collegii praeses, cum in Spohnio naturam non vulgarem atque doctrinam abundantem et exquisitam intellexisset, maxime eum sibi curae habuit. Dirigebat eius studia, quid appetendum fugiendumue esset, admonebat atque suorum adeo aduersariorum thesauros benignissime ei recludebat.

Subinde antiquus literarum bonarum amor ita in eo inualuerat, vt, quod vitae genus sibi eligeret, dubitare videretur. Delicias suas largo scilicet hinc pulnere pressas e latebris denuo protrahebat, vt cum Homero et secum in gratiam rediret. Mater quoties, vt praesens sibi de felicitate sua gratularetur, museum filii inuiseret, toties loco codicis sacri, quem exspectabat, Homerus in manus irrepserat. Cupiebat sententiam Wolfianam diligentius examinare, qua in re ita procedebat, vt et Iliadem et Odysseam iterum iterumque summa cura veluti anxietate legeret, adhibitis Eustathii aliorumque commentariis in Homerum. Incidit in Geographiam

Homeri, quam in alterutram partem praecipuum momentum facere posse iudicabat. Itaque adductus est ad lectionem veterum geographorum et scriptorum geographiam attingentium neque gentilium modo, sed Christianorum etiam et Mohammedicorum. Magna cum admiratione et fructu scripta patrum, qui dicuntur, ecclesiae tractabat, quae tanti inde aestumare coepit, vt eorum, inprimis Arnobii et Clementis Alexandrini, lectionem theologis pariter atque philologis futuris nunquam non commendaret. Sic geographiam veterem egregie expediuerat nec nisi occasio deerat, vtilissimum huius argumenti librum in lucem edendi.

Triennium effluxerat, cum instaret tempus, quo in Academia nobiliores partes suscipere decreuerat. Philosophiae doctor et bonarum artium magister anno praecedente creatus, quo titulo in Germania via a subselliis ad cathedram publicam paratur, cogitabat de editione libelli, quo assequeretur, vt inde a semestri hiberno anni CIƆIƆCCCXII philosophicas disciplinas publice docere posset. Dubitabat adhuc, vtrum materiam sumeret a *geographia Homeri*, *an a mythica Christianorum saec. II-VIII. et Mohammedanorum saec. VII-XII.*, quae quidem propius ad theologiam spectaret. Illo ex genere est liber paulo post emissus, ad hoc spectat volumen manuscriptum inter aduersaria SPOHNII nunc repertum. Interuenerunt bellum atrocissimum turbaeque in media Musarum sede, quae eum mense Augusti cum in aliam vrbem tum in aliud vitae genus eiecerunt.

Quamdiu Vitebergae discipulus cum discipulis versatus erat, quamuis perpetuis iisque grauissimis laboribus occuparetur, hilarissimo animo et ad iocandum vbique promtissimo erat. Qui SPOHNIVM ab ea tantum parte nossent, opinabantur, eum Genio magis quam Apollini et Mineruae viuere. Portae per sex fere annos nihil fere ante oculos habuerat praeter monasterii ab vrbe dissiti antiquitatem, murorum altitudinem et molem, montium tractus, gregum pascua, fluminis alluuiem atque bibliothecae modestiam. Hic alliciebant et quasi incantabant eum vrbis haud exiguae amplitudo, ciuium frequentia, iuuenum vt literis ita laetitiae libertatique deditorum strepitus et dominatus. Inuitationes honestas non recusabat neque, vbicunque versaretur, si adessent honestorum iocorum capaces, morosus et difficilis spectator assidebat. Dirigebat et incitabat colloquia, omnique leporum et facetiarum genere elatos carpebat, procaces salse perstringebat atque in ludicros omnes animum effundebat. In his vtebatur saepenumero versibus Leoninis, quos ex tempore diceret, aut in schedulis scriptas ederet. Inprimis eminebat arte mimica. Poterat enim aliorum et mores et habitum et gestus et vocis accentum modulationemque ita in se suscipere et repraesentare, vt cum magna videntium et audientium delectatione perfectas aliorum, praesertim ineptorum personas, si vellet, ageret. Hanc naturae veluti fertilitatem occuparunt subinde virilia studia, quae tanquam silua nobilior hu-

milibus depressisque in eadem terra prouentibus victum praeriperent. Seriori aetate vix inter familiarissimos pristinae artis specimina edebat. Amicis, quos non foris, sed intra parietes quaerebat, vsus est paucis quidem, se autem dignis. Sibi deditissimos habebat IACOBSIVM Halensem, FRIEDEMANNVM Brunsuici, CRAMERVM Lipsiensem nuper defunctum, NITZSCHIVM Bonnensem, GERLACHIVM Halensem, SPITZNERVM Vitebergensem, MVELLERVM Torgauiensem aliosque, quos ingenii et studiorum quaedam necessitas ei adiunxerat. Ferias transigebat plerumque in itineribus, neque vero vt tempus tereret, sed vires languentes reficeret et corpus ad eos labores firmaret aptaretque, quos virilis aetas ei offerret. Huic fini omne ei tempus, quo a studiis vacaret, quodque iuuenilibus, si quaeris, oblectationibus, consumeret inseruiebat.

Viteberga ingentibus fossis, vallis murisque cincta, parauerat se ad obsidionem longinquam ac, si posset, perennem sustinendam. Vna nox, dato signo, suburbia splendidissima, quae dimidiam vrbis partem efficiebant, combusserat. In aedificiis Academiae amplissimis insidebant cohortes; in aedibus sacris molae mouebantur; turres ascenderant tormenta, non vt loco campanarum ad solatium suscipiendum et actiones sacras inuitarent, sed continuo ac fere semestri tonitru pectora perfunderent horrore et ad desperationem adigerent. Itaque Academia Marti cessit atque cum SPOHNIO aliisque paucis, quos fata longius non disiecerant, *Schmiedebergam*, oppidum duobus fere milliaribus dissitum, translata est. Patriae vrbis, plurimis nominibus prae omnibus insignis, ruina; optumatum amicorumque exsilia; musei antiquissimi et nobilissimi nunquam restituendi casus; crebra vrbis incendia nocturna, quibus Calendis Octobris bibliotheca SPOHNII ditissima, et a patre et a vitrico cum domo splendida accepta, maxima ex parte interierat; haec aliaque belli saeuientis mala tanto dolore eius animum, vt secundas res, sic aduersas penitus sentientem, affecerunt, vt de se actum putaret. Non raro lacrumas plurimas effundens assedit Homero, cum mater solatium apud filium quaereret. Ceterum subinde potissimum de studio suo accelerando et sistenda vitae ratione cogitauit.

Nondum concionem sacram habuerat, nequedum inter candidatos reuerendi ministerii erat receptus beneque sciebat, se ab animi ad literas alias propensione et eruditionis primariae ratione parum recte theologiae destinari. Itaque inuita quidem matre sed postea cedente, quum vnum moneret, vt bene ageret et fortiter tueretur id, quodcunque sibi eligeret, protinus totum se bonis literis dicauit. Incredibile est dictu, quanta constantia et arte sua studia inde persecutus sit. Non sufficiebant ei diurnae horae, nocturnas etiam in subsidium vocabat, fortasse memor verborum aureorum:

οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα.

Hora duodecima noctis nec raro diluculo orto Musis adhuc operabatur, ac si vellet tempus alienis laboribus exhaustum reficere et lucubrationibus recuperare. Alii si ad eam facultatem profecerunt, qua SPOHNIVS erat, vt acquiescunt in eruditione comparata, vt se iactant, vt doctoris prouinciam arripiunt; illi nihil sufficiebat, neque doctrinae, quae maxima erat, vbertas et elegantia, neque intelligentiae facilitas, neque iudicii velocitas, neque manuscriptorum praestantia. „Tantum abest“ sic scribebat in Propemptico „vt *geographiam Graecorum fabulosam*, quam me conscripturum esse Tibi, qui ipse me incitasti, non est, quod repetam, iam in lucem edere possim, vt eam diu adhuc excolere et eliminare debeam.“

Sentiebat, philologos vtut doctrina pollentes mancos et mutilos esse sine critica, criticam vero duplice ex parte, singulari animi virtute et artis exercitatione constare. Huic facultati sibi innatae, quam nemo institutione assequi potest, quo facilius verum videret et inueniret rariusque ignorantia abduceretur ad deuia, nunc disciplina quadam succurrendum putauit. Perlegebat libros eiusdem argumenti, obseruabat, quid deesset iis, quaenam alieno loco tractarent, in quibus ineptirent. Hos quidem primo recensebat et enumerabat, addita disputatione de principiis criticam diuidendi atque de natura critices eiusque ratione cum grammatica et hermeneutica, quo viam sibi muniret in chartis ad causam ipsam. Prima in parte, quae inferiorem criticam amplectebatur, nominabat subsidia criticorum, alia *diplomatica*, vt codices MSS., editiones librorum, collectiones variantium locorum; alia *historica*, vt veterum scholia, glossas, marginalia, paraphrases, translationes, epitomas, locos ab aliis citatos: eorum vsum docebat atque expendebat cum subsidiis internis, quibus in emendandis et sanandis scriptoribus vtendum sit. Altera pars spectabat altioris critices argumenta tum *externa*, quorum pondus et ambitus diiudicanda erant, tum *interna*, partim formalia partim materialia, eorumque coniunctionem, denique formas iudicii a critico homine exhibendi *).

Singula autem capita tam docte tamque acute pertractauit, vt, quem cupiebat, eum se esse scribendo proderet. Sic contulit se ad lectionem aut primam aut secundam et tertiam Homeri, Hesiodi, Epicorumque omnium, inprimis Apollonii Rhodii, Nonni, Coluthi. Praeterea tractabat Eustathii aliorumque in Homerum et Apollonium scholia; voluebat Suidae, Zonarae aliorumque glossaria, Etymologicum magnum et Grammaticos plerosque. Latina etiam scripta non neglexit, de quibus orationem pro Marcello, quae tunc crux erat criticorum, excuteret. Accedunt recentiorum scriptorum permulta ac fere innumera, quae de eo agerent, quod ipse

*) Retinui paene verba SPOHNII, quominus partitionis perspicuitas nimia interpretationis luce obscuraretur ac periret cum breuitate.

quaerebat, aut quaesiturus erat. Hinc accidit, vt, quod seniorum velut veteranorum est, iuuenis veluti tiro excitaretur ad iudicium de libris recens in lucem editis publice ferendum*). Si inciderat in locum corruptum, emendabat; hinc audiebat aliorum, inprimis principum in critica iudicium: sin inueniret aliquid memoratu dignum sibique nouum et commodum, excerpebat vel notabat breui manu. Innumera fere describebat, quae ad geographiam, grammaticam, lexica, historiam literariam, aliasque disciplinas spectarent, quibus operam suam promiserat. Etiam in prosodiam et metrorum rationem apud veteres poëtas, maxime Homerum, inquirebat, de quibus non solum obseruata permulta, sed adumbrationes etiam dissertationum in bibliotheca sua manuscripta reposuit.

Primam tanquam ansam ad aliquid de suis emittendum praebuit Spohnio abitus Lobeckii Regiomontum anno cIɔIɔcccxiv. Huic enim viro, Vitebergae magistro, nunc familiari magis e communi exsilio enato — mala etiam bonis bona pariunt — non solum multa eaque grauissima debebat, sed gratissimum quoque animum habebat. Scripsit ei libellum Propemptici loco de Agro Troiano, „quo prae ceteris," inquit, „eo annisus sum, vt sententiam aliquam Wolfii V. S. confirmarem." Inscio Spohnio et inuito, quod silentio non praetereundum est, in titulum irrepserunt verba: *Ricardi Porsoni aduersariorum corollarium.* Hoc munusculum aurei pretii, quod leuidense et iuuenilium virium tentamen vocauit, licet paucis plagulis constet, tanta doctrinae et eruditionis copia ornauit, vt ab eo auctoris non solum singularis exspectatio nata, sed etiam nomen in alias terras vel remotissimas apportatum esset. Ideo boni libri aurei vocari videntur, quod non numorum plumbeorum et cupreorum ad instar intra vrbium et ciuitatum angustias continentur, sed veluti aurum per omnem eruditorum orbem pari vsu et pretio circumferuntur. Eodem anno Lyckiam in Borussia orientali vocatus est, vt in Gymnasio munere magistri fungeretur. Hanc prouinciam satis amplam recusauit, cum mallet in splendorem Academiarum, a quibus et sordida barbaries e nobilissima terrarum parte expulsa est, et vera ciuitatum salus exspectatur, de suo lumine aliquid conferre.

Biennium Schmiedebergae transegerat praestolando tum Vitebergae patriae, tum Saxoniae fatum inter grauissimos et fructuosissimos labores. Dubitabat, vtrum Halam, quo loco Professores Vitebergenses nonnulli collocati erant, an Lipsiam aliamve in Academiam migraret. Iuit Lipsiam siue antiqua vrbis laude incitatus, siue patriae amore ductus, siue Vniuersitatis, quam philologorum principes aliique Professores ei amicissimi ornabant, splendore allectus, anno cIɔIɔcccxv d. VII Augu-

*) Huc spectant, quae de libri Vckerti: *Bemerkungen über Homers Geographie* et: *Untersuchungen übe die Geographie des Hecataeus und Damastes* scripta sunt in ephemeridibus literariis Ienensibus.

sti, vt, quamprimum posset, cathedram publicam ascenderet. WOLFIVS V. S. carmina Homerica non vnius esse docuerat; quaenam in iis aut genuina aut a seriori manu profecta essent, accuratius et singulatim demonstrare aliorum acumini reliquerat. Qua de causa SPOHNIVS, cum dignum se iudicaret parte prouinciae vacuae, animum appulit ad quaestionem de extremis Odysseae. Cognita habebat, quae de illa parte aliisque obiter iudicauerant inter veteres Aristophanes Byzantinus, Aristarchus et homo vel homines quidam obscuri, criticorum signorum in codicibus auctores; inter recentiores CASAVBONVS, RAPINVS, POPIVS, DACERIA, AVG. GVIL. SCHLEGELIVS, WOLFIVS, IOH. GOTTL. SCHNEIDERVS, COESIVS aliique. Horum placita in prooemio verbo censebat. Prima libri in parte notabat argumenta e rebus ipsis petita; alteri dabat, quae in verbis et oratione versarentur. Itaque examinabat, quid cecinerit auctor extremae partis Odysseae modumque, quo cecinerit, ad sensus decori et conuenientis, porro archaeologica, hinc mythologica, historica, geographica chronologica. Deinde inquirebat in dictionem omnem orationisque colorem atque verba cum simplicia tum composita, numeros et alia, quibus denique iudicium de origine illius Odysseae partis adiungeret. Praestantissimum hoc opus, quod viro perillustri ac generosissimo L. B. *de* FERBER inscripsit, anno sequente emissum est. Qua facultate auctor iam eminuerit, quantopere in literis tum veterum tum recentiorum versatus fuerit, quam alte internum eius lumen, quocunque incideret, omnia veluti penetrauerit, ea inde quidem cognoscere licet. Atque effecit hic liber, vt SPOHNIVS per Germaniam totam, Angliam, quin etiam Americam nomen et existimationem nancisceretur. Primam huius quaestionis partem constituit dissertatio Academica paulo vberior edita magisque eliminata. Etenim die XXIII. Septembris CIↃIↃCCCXV., vt publice docendi iura impetraret, partim, quod raro accidit, solus, partim horis pomeridianis adiuncto ad respondendum socio de libello illo summa cum laude publice disputauerat. Per hiemem interpretabatur Homerum, Ciceronis orationem pro Marcello et Ligario atque disputationes de rebus philologicis moderabatur, splendidissima auditorum, quibus et ego, nimirum fama, quae eum Lipsiam praeiuerat, excitatus, interfui, cinctus corona.

Insequens annus obtulit SPOHNIO nisi praemia, certe primitias laborum, honestissimas dico eruditorum inuitationes et conditiones. Deferebantur ei partes in Encyclopaedia literarum, auctoribus ERSHIO et GRVBERO componenda, quod egregium opus, Germanorum insigne, si absolutum fuerit, decus, multis partibus ad geographiam veterem spectantibus vsque ad annum CIↃIↃCCCXX., quo morbi manum interciperent, egregie auxit et ornauit. Defecerant exempla geographiae veteris a NITZSCHIO descriptae neque vix erat, cui rectius nouae editionis cura committeretur, quam SOPHNIO. Hoc negotium perficere vetuit vltima necessitas. Isocratis etiam Pane-

gyricus, a MORO V. B. editus, eius manibus tradebatur, qui e prelo prodiit anno sequenti. „Huius editionis cura," inquit, „neque vltro suscepta neque petenti data, sed renitenti et paene inuito est imposita. Accessi tandem ad eam parum paratus et in longe alienis detentus studiis; praeterea alia mutassem, alia rescidissem, alia addidissem, si et per tempus et per alias causas licuisset. Vela, si quid accedere coeperat, cito erant contrahenda." Tamen addita quaeque, inprimis corollarium de tempore, quo scriptus sit Panegyricus, docent, quam acutum et subtile eius fuerit de historicis etiam rebus iudicium, quam bene nosset vel leuissimas et nullius, vt viderentur, ponderis causas inuestigare suamque in rem conuertere. Atque hae eius virtutes effecerunt, vt postea, quum quaereret de Virgilio, Horatio et Tibullo, erueret, quae memini adhuc eruere et in lucem reducere contigerat. His prouinciis honorificis magis quam quaestuosis SPOHNIO traditis, mox ei aliae offeruntur, ab vtraque parte commendatae. Vocabatur enim Vimariam, hinc Dantiscum ad Gymnasia florentissima. At nihil minus nouerat, quam rem quaerere et augere. Sufficiebat ei patrimonium quamuis exiguum ad vitam nisi lautam, certe honestam cum matre agendam. Parsimonia adeo diues euadebat, vt bibliothecam suam de die in dies egregiis libris suppleret atque iuuenibus aut aeque aut magis egenis, si peterent, vt de pecunia pro scholis soluenda aliquid detraheret et redderet, facillime largiretur. Ceterum valde ei placebant ciuium vrbanitas, vrbis amoenitas, Academiae frequentia, Professorum comitas, bibliothecarum et publicarum et priuatarum, quae ei prae omnibus patebant, vbertas et opportunitas. Multa etiam agebat et praeparabat, ad quae, si alibi fuisset, vix tanta tamque egregia subsidia reperisset. Itaque repudiauit munera oblata, quod, quam commodum accideret Academiae, sentiebant cum reliquis Professoribus *Collegium Principum minus.* Etenim hoc eum paullo post, mortuo BIRKHOLZIO, Facultatis medicorum et Academiae seniore, e candidatis reliquis electum sua ciuitate cum stipendio annuo satis digno donauit.

Effecerat Rintelia celeberrima Vestphaliae vrbs, vt iuxta Academiam Gymnasium etiam haberet, cui quem virum Rectorem praeficerent, quaerebant. Ab eius enim, qui moderaturus esset scholas, nomine et facultate singulari pendebant non solum Lycei laudes et incrementa, sed tirocinii etiam excolendi salus per omnem vitam. Itur SPOHNIVM inuitatum. Hic, quamuis promtus esset ad conditionem accipiendam, retinetur Professura extraordinaria cum salario apud Lipsienses oblata die XXI. Martii cIↄIↄcccxvii. Duo potissimum erant, a quibus argumentum sumeret in munere publice inchoando. Per decem fere annos geographiam veterem cura et diligentia summa tractauerat eiusque singula capita partim in schedis suis partim in libris editis descripserat. Anno superiori vniuersam Graecorum et Romano-

rum geographiam in scholis publicis explicuerat, qua in re notata sua e iuuenili aetate multis auxerat et emendauerat. Itque verba fecit *de emendanda ratione Geographiae veteris*, qua, quomodo veterum scriptis vtendum sit, in quibus recentiores recte vidissent, qui nugas et cramben recoxissent, quomodo omnis de hac disciplina quaestio institui deberet, docte aeque atque acute et eleganter docebat. „Iam apparet," inquiebat, „peruersum esse hunc agendi modum, quippe qui diuersa coniungat, aliena misceat, multa praetereat silentio, ordinem turbet, totius geographiae rationem peruertat. — Si quis vniuersam geographiam veterem recte velit adumbrare, non solum singulas eius partes earumque varias rationes perspectas habere et eas ita disponere debet, vt ne diuellat, quae coniungenda sint, neque coniungat, quae tam diuersae sunt naturae, vt conciliari non possint; verum etiam eas ita describere, vt ad certas aetates sint reuocatae. — Tres potissimum aetates geographiae distinguuntur; ad has aetates omnis geographiae ambitus disponi debet. Origine prima et tempore antiquissima, quae ab Homerico aeuo vsque ad Hecataeum Milesium pertinere videtur, amplecti debet, quaecunque de tellure et mutationibus terrae illis temporibus reperiuntur. — Sequitur secunda aetas, quam ab Hecataeo Milesio et Herodoto ad Eratosthenem constituamus, quae *historica* nominari solet. — Restat tertia aetas, cuius ambitus ab Eratosthene et Strabone ad Maximum Tyrium et Ptolemaeum reliquosque, qui deinceps hos secuti sunt, extenditur. — Huius autem duas constituamus partes; alteram quidem *geometricam*, qua potissimum geometrarum dimensionibus et rationibus calculo et arena factis ab Eratosthenis aeuo vsque ad Maximum Tyrium contigit, vt terrae imago propius ad veritatem accederet et singulae eius partes rectius decriberentur; alteram vero *astronomicam* appellemus, quippe quum in hac praecipue astrorum solerti contemplatione et alia et geometrarum curae partim corrigerentur, partim confirmarentur. — Si quis geographiam veterem hac ratione adumrare voluerit, eo modo eam exhibebit, quo ipsa inde ab obscuro et fabuloso ortu vsque ad eam, quam adhibita matheseos ope attigit, perfectionis praestantiam vsa est; ita descriptam, vt variae aetates, quarum diuersa est natura, seiunctae, quae vero vna eademque aetate continentur, coniuncta conspiciantur."

Ad hanc orationem audiendam inuitandi erant Academiae ciues libello quodam. Dudum cogitauerat de editione geographorum minorum, a multis quidem suscepta, a nemine vero adsoluta. Tradita ei erant intercedente SCHAEFERO V. M. a praefecto librariae WEIDMANNIAE, quaecunque illorum causa BREDOVIVS collegerat. SCHAEFERVS ipse LANGERMANNI aliorumque varias lectiones cum eo communicauerat; CREVZERVS miserat IAC. GRONOVII Geographiae antiquae exemplum, permultis notis nondum editis ab ipso GRONOVIO locupletatum; BROENDSTAEDTIVS, Professor Hau-

niensis, concesserat varias lectiones a CORSIO Mediolani, Romae, Florentiae collectas; PASSOVIVS varias lectiones e codice Dionysii Periegetae RHEDIGERANO obtulerat; FRANCISCVS *de* FVRIA, bibliothecae Mediceae ornamentum, quem Musae nunc lugent, opem promiserat, tantumque apparatum criticum aliunde SPOHNIIS ipse comparauerat, vt dicere posset: „schedas BREDOVII iam eum in modum augere potui, vt eae, quae accesserunt, illarum numerum paene superent.“ His subsidiis fretus meditabatur cum FRIEDEMANNO amico, exceptis Pausaniae, Strabonis, Ptolemaei et Stephani Byzantini operibus, omnium geographorum veterum et Graecorum et Latinorum editionem, quae animaduersionibus, dissertationibus, variis lectionibus, tabulis imaginibusque permultis instrueretur. Huius quidem operis magni sane et ampli iam exire voluit veluti prodromum, cum Professura suae auspicia caperet. Emisit Nicephori Blemmidae duo opuscula geographica e codice MS. Parisiensi a BREDOVIO descripta, quo ex libro apparet, quanta nos fefellerit spes. Quem enim suspiciebant tot eruditorum familiae, cum eheu

ἀργυρότοξος *Ἀπόλλων*
οἷς ἀγανοῖς βελέεσσιν ἐποιχόμενος κατέπεφνεν.

Quae cum SPOHNIVS agitaret, duo gratissima ei acciderunt, alterum quod, bibliothecae Academiae custos constitueretur, alterum, quod vtilissimum librum BARTHII manuscriptum nancisceretur. Nullo tempore non vsus erat bibliothecis publicis et Academica et Senatoria, sed parcius tamen et modestius, ne nimis molestus esset earum praefectis sibi amicis. Bibliotheca Vniuersitatis non eget codicibus MSS. egregiis, neque libris theologicis, iuridicis, philosophicis aliisque; abundat autem medicis atque praesertim, postqnam SCHAEFERI libri rari et exquisiti accesserunt, philologicis. Huic cum Professorum voluntate praeesset, dici vix potest, quantopere eam frequentauerit. Obibat iterum iterumque librorum scrinia, titulos eorum inuisebat, indolem explorabat; codices excussos denuo excutiebat et excerpebat neque horis statutis tantum, sed aliis etiam adeo, vt per integres dies in iis se abderet atque multa e latebris suis in lucem protraheret, quae priorum custodum solertiam fefellerant. Vt maiorem vtilitatem inde caperet, haud raro ducenta volumina, e quibus describeret atque in schedas suas transferret, secum habebat. Accidit, cum bibliothecam WEIDMANNIAM aliquando pari cura scrutaretur, vt reperiret, sedecim libros aduersariorum CASP. BARTHII nondum editos. Quos cum ei donasset praefectus bibliothecae, accureate describi iussit, vt cum suis animaduersionibus quamprimum diuulgaret. Egregii huius operis vsum faciebat in edendis opusculis geographicis Nicephori, quorum editioni secundae index etiam in aduersaria BARTHII accessit; emissionem ipsam aetatis breuitas nobis inuidit.

Anno cIↃIↃCCCXIIX. SPOHNII ingenium exercuerunt Hesiodus et Tibullus cum reliquis aeui Augustei scriptoribus. Hesiodi opera et dies, cum duobus annis ante in scholis publicis explicaret, ita tractauerat, vt, quid in noua huius carminis recensione aut addendum aut detrahendum et fugiendum esset, bene intelligeret. Subinde curauerat, vt codices MSS. permulti iique grauissimi inspicerentur atque cum textu vulgari conferrentur. Multas notationes HARTMANNI, DVKERI, REIZII, BRVNKII, aliorum acceperat, qua in re succurrerant ei humanissime HERMANNVS, SCHAEFERVS, PASSOVIVS, IACOBSIVS, SEIDLERVS aliique. Sic instruebat duplicem editionem Hesiodi, alteram minorem in vsum scholarum, quae anno sequenti ineunte, commilitonibus et auditoribus inscripta, prodiit; alteram maiorem eamque multo vberiorem et doctiorem. Vt ad Tibullum denuo et propius se conferret, effecerant VOSSIVS et EICHSTAEDTIVS, qui tertium horum carminum librum non Tibulli, sed Lygdami cuiusdam esse contenderint. Cum enim alii Tibullo iamiam librum quartum abiudicassent; credebat, eo rem deuenturam, vt, si vlterius progrediendi licentia placuerit, breui vmbra modo solumque nomen Tibulli superessent. Hanc causam a nemine recte iudicari posse viderat, nisi ab eo, qui interiora vitae Tibulli cognouisset. „Ad id poëtarum genus“, inquit, „Tibullus referri debet, cuius carmina cum vitae rationibus adeo cohaerent, vt his demum recte perspectis plane intelligi possint.“ Quam ob rem in vitam Tibulli inquisiuit, ita vt prima dissertationis parte octo capitibus ageret 1) de annis, quibus natus et mortuus videatur Tibullus; 2) de eius amoribus; 3) praecipue de Delia et Nemesi; 4) de Neaera et libro elegiarum tertio; 5) de Diliae, Glycerae et Neaerae personis; 6) de horum nominum causis et origine; 7) de Maratho; 8) de Sculpia et libri quarti elegiis II—XII*). Secunda et tertia parte vitam Tibulli e sua sententia descriptam et ad annos digestam editurus erat, additis variis obseruationibus, tabula ad annos, quibus singula carmina scripta sint, declarandos, dissertatione de carmine panegyrico in Messalam (lib. IV, 1.) et epimetro. Hac in quaestione cum nullum argumentum intentatum sineret, eo peruenerat, vt non modo de origine et aetate cuiusque carminis Tibulli iudicare, verum etiam nouam editionem ornare posset. Huius gratia codicem ZWICCAVIENSEM cum IAHNIO amico, nunc scholae regiae Grimensis adiuncto, accuratissime denuo contulerat. A Tibullo viam fecit ad reliquos eius aetatis scriptores. Adibat Horatium, Virgilium, Propertium; obiter tantum Ciceronem, Ouidium et reliquos, quos pari ratione perlegit, ita vt de annis, de mensibus, quid? quod diebus quaereret, quibus singula eorum scripta orta essent. Nouerat enim om-

*) Hac via procedere voluit b. SPOHNIVS, licet paulo diuersam ab hac in prooemio ad partem primam indicasset.

nia huius aetatis scripta accuratissime coniungi cum fortunae vicissitudinibus tum publicae tum priuatae, nec quidpiam in iis esse, cui lux ab historia petita afferri non debeat. Quaeuis Horatii, Virgilii, Propertii carmina in eum ordinem redigebat, quo deinceps ab auctoribus emissa crederet; personas Horatianas, quae dicuntur, ad literarum seriem enumerabat, et quibus hominibus impositae erant, detrahebat. His in studiis noua et inexspectata tam multa inuenerat, vt non solum illa scripta cum suis animaduersionibus edere, sed etiam historiam literariam aeui Augustei conscribere et posset et vellet. Quanto acumine in ea re opus fuerit, quanta impedimenta ei remouenda sese obtulerint, vel me tacente intelligitur. In scholis publicis docebat artem criticam, quos, quanquam nominis quandam inuidiam contraxit haec disciplina, non pauci frequentabant. Hoc auditorium communi bono destinauit. Academiarum enim laudibus meritisque, satis vix vnquam praedicandis, deesse aliquid videtur, cum nil nisi doctrinam nudam exhibeant, neque iuvencis veluti babulum in succum et sanguinem conuertendi viresque augendi occasionem praebent. Breue iudicium est, cum de nobis nos ipsi iudicamus. Facile Platonis, Ciceronis vel Scaligeri, Bvxtorfii, Nevtonis, Leibnitzii, Bernovllii, Marcagni aliquid aut praestantiora in nobis animaduertimus. Agitur doctrinae incrementum, longe sapimus; sin facultatis specimen, pollemus Herculea quadam virtute, quae ad omnia suscipienda et perpetranda apta sit et sufficiat. Eam ob causam opus est coniunctione quadam studiorum, qua iudicantibus aliis inscitia arguatur, socordia incitetur, facultas expediatur. Quod si valet de omni quaque disciplina inter tirones promouenda, non secus est in critica. At critica, inquies, divina illa virtus ingeniis innata addisci nequit studio. Cedo; certe arte vtitur, certe audacia temeritasque iudicii restringi rectaque via significari et quaeuis animi dos exercendo excoli aut vnice aut optime possunt communi et mutua moderatione. Haec Spohnivm mouerunt, vt discipulos cogeret atque ab hoc inde tempore *societatem criticam* dirigeret. Vbique viam tironibus ipse praeibat; ceterum monebat, instigabat, retinebat, corrigebat summa cum dexteritate et prudentia suaque libere cum discipulis communicabat. His exercitationibus quicunque interfuerunt multiplicem fructum debent, quorum non pauci, gratissimam magistro mentem habentes, in Lyceis et Academiis doctorum munera nunc obeunt, aut obituri sunt.

Agebant adhuc et certabant Dorpatum et noua Cantabrigia, — eo vsque eius non solum fama, sed desiderium processerat — vt Spohnivm suum suarumque Academiarum ornamentum facerent, quum ei CIↃIↃCCCXIX. apud Kilonienses, Heinrichio Bonnam vocato, vacua philologiae cathedra offerretur. Hanc quidem conditionem honestissimam iam in eo fuit, vt susciperet. „*Nach einem vorgestern erhaltenen,*“ scribit amico, „*höchst vortheilhaften und ehrenvollen Rufe eines auswärti-*

gen Hofes ist meine Lage sehr problematisch geworden und es könnnte seyn, dass ich dennoch dem mich so ehrenden Auslande endlich bey diesem eingegangenen Rufe Folge leisten müsste.“ Hoc enim proprium est eruditorum, vt duplicem aut aliam quandam patriam habeant atque vulgarem. Eruditorum enim patriam finiunt non montium tractus, vel flumina, vel termini lapidei ligneiue, sed terrarum orbis vel marium campi, hiemis solisque seueritas, vel barbariei inhumanitas. Huius lingua est neque Gallica neque Italica neque Anglica neque Germanica neque alia, sed Latina, quam singulari venustate et vbertate insignem a maioribus accepimus, ad loquendum scribendumue omnisque generis cogitationes significandas aptissimam *). Huius ciues vtut variis negotiis distracti vitam consumunt non quaestu faciendo, vel vtensilibus fabricandis, vel agris colendis, sed recto veroque inuestigando, disputando, scribendo, docendo variisque artibus genus humanum erudiendo et beando, siue in hanc coeli regionem siue in aliam abducti. Lipsiae SPOHNIVS nullum videbat, quo collocaretur, locum. Academia abundabat magistris neque cathedra, qua inprimis dignus esset, vacabat, quapropter sibi putabat nunc discedendum. Res aliter euenit. Accidit enim, vt WIELANDVS V. O., qui historiam profitebatur, ob senectutem ingrauescentem et vires languentes munere se suo abdicaret. Hinc DAN. BECKIVS V. I., cui datum est duplicem cathedram rite tueri posse, volente Collegio summo, res ecclesiasticas et scholasticas derigente, vt SPOHNIVS retineretur, Professuram historiae subiit. Itaque commissa est SPOHNIO Professio literarum Graecarum et Latinarum. Vt sustineret hoc munus, Calend. Septemb. publice disputauit de A. Tibulli vita et carminibus. Hanc dissertationem continuabat in libello eo, quo orationem aditialem triduo post habendam indiceret. A multo inde tempore tractaverat mythologiam cum Graecorum et Romanorum tum aliorum populorum eamque in scholis publicis tradiderat duobus annis ante. Ab hoc argumentum sumsit in munere auspicando; quumque doceret, *in explicandis fabulis, quas veteres de diis rebusque diuinis commenti sunt, caute versandum esse, et commendaret praecipuas quasdam cautiones;* docebat, quam caute et circumspecte in hanc materiam inquisiuisset. Inter alia haec dixit: „Quum Graeci et Romani pleraque eius generis commenta ab aliis concepta aut conseruauerint, aut suis inseruerint mutata et accommodata; de omnibus in vniuersum dicat eius generis fabulis necesse est, qui ad Graecas et Romanas recte intelligendos viam sibi vult munire. — Vniuersa illarum fabularum explicatio est duplicis potissimum generis, quorum alterum *ad hi-*

*) Quodsi res eo peruenerit, vt quaeuis natio sua lingua scribat, nescio an literarum lumen mox nisi exstinctum, certe obscuratum ibit. Cum enim scientiae ambitus in dies latioribus finibus circumscribatur neque tot linguae cito ab omnibus addisci possint, mox vitae breuitas non sufficiet ad magnum aliquid et vtile praestandum.

storiam deflectit, alterum vero *philosophicum* potest appellari. Huius explicationis initia iam in Anaxagorae, Platonicorum et Stoicorum placitis deprehendimus. — Negari quidem non potest, inueniri quaedam, quae omnibus populis eorumque commentis tamquam commune subsint fundamentum; — quae vero, quum essent iam exornata et quasi viuere coepissent, aucta sunt haud raro aliis, quae rerum gestarum, aut hominum aut aliarum rerum conseruant memoriam. — Profecto nondum satis obseruatum video, quantum intercedat discrimen inter fabularum fontes, quorum alterum genus insit in veterum scriptis, alterum vero imaginibus sculptis pictisque contineatur. — Primum videre debet, qui fabularum explicationem aggreditur, ne promiscue veterum scriptis vtatur omnibusque eandem esse putet fidem. Hoc qui neglexerit, eo, quo cupit, nunquam poterit peruenire. — Nondum id spectatum est a recentioribus, vt seiunctis et bene ac probe distinctis aetatibus fabulas enarrent atque recenseant. — Quae certiora sunt, ita debent disponi, vt ad eam, quam respiciunt, aetatem ea reuocemus et adhibeamus. Solent Homero et Hesiodo, Hygino et Tzetza aliisque recentioris aetatis auctoribus ita vti, vt, quum promiscue eorum testimonia vsurpantur, nulla diuersissimarum aetatum habeatur ratio. — Quod alterum genus attinet —, non potest dubium videri, quin artis monumentis inesse putemus, quod in cognoscendis et explicandis fabulis de diis rebusque diuinis aliquid habeat momenti. — At vero cautio est quaedam. Quo certius enim constat, apud Indos et Aegyptios illa fabularum simulacra tantam habere fidem et veritatem, vt iis in ipsis fabulis enarrandis et illustrandis vis concedi debeat et pondus; eo magis dubia res est et lubrica apud Graecos et Romanos. — Factum est inde, vt, quaecunque ab Aegyptiis, Phoenicibus aliisque populis recepisset Graecorum Romanorumque credula superstitio, ita sensim quasi popularibus et ingenuis numinibus accommodarent artifices, vt barbara ista et extera austeritas ad suauitatem deflecteret et originis naeuus in dies ita abstergeretur, vt monstrosissimas formas ad humani corporis gratiam et concinnitatem artifices magis magisque temperarent. Quid enim aliud testatur Pan ille Graecorum et Romanorum, Mendesius Aegyptiorum hircus? quid aliud fatetur Iupiter Ammon, in cuius capite vix tenue vestigium Amunis arietis agnoscas? Quid dicam de Osiri et Iside, de Harpocrate, Serapi aliisque? — Neque vero in fontium fide et auctoritate diiudicanda tales sunt et tantae cautiones; verum etiam in instituenda eorum explicatione, in primordiis indicandis et inuestigandis originibus. — Omnium maxime cauendum est, ne in describendis fabularum partibus praeiudicatis indulgeamus opinionibus. — Vehementer ii errare videntur, qui, cunctas omnium populorum fabulas de diis rebusque diuinis iisdem e causis ortas esse opinantes ex vno quasi et communi fonte eas student deducere. — Ista originum similitudo, — illa fabularum primordia, quae

praecipue apud antiquissimos populos, Indos dico, Persas et Aegyptios, clarius cerni possunt, quam apud reliquos, quam diuerso modo ab his ipsis sunt sensu quasi excepta et deinde tractata? — Num possunt hi, qui Neptunum e Lybia, Panem, Osiridem, Isidem et alia numina ab Aegyptiis, Venerem, Vulcanum, Bacchum, alios ab aliis acceperant populis, cum illis eodem haberi censu? — Maiore opus est cautione, ne *omnes cuiusdam populi* fabulas ex iisdem aliquis repetat originibus et caussis. — Vt ad Indos reuertar, Aegyptios et Persas, ne horum quidem commenta possunt ita explicari, vt apud eundem populum ex eodem fonte omnia profluxisse sumamus. — Neque dissimilis et historia numinum Aegytiorum. Quum enim Thebanus Amun sensim primas partes Memphitico Phtha, hic vero Alexandrino Serapi cesserit, in prima autem illa doctrina Aethiopum et Indorum, in secunda Phoenicum, in vltima vero tum aliorum, tum Graecorum vis et momentum conspiciatur, quis est, qui non sentiat, nullo modo eandem omnibus illis esse originem? — Iam via munita est ad grauissimam legem, quae cauendum esse iubet, ne vnam eandemque fabulam omnino et pro vniuerso ambitu eius commentorumque complexu, atque pro variis formis, licet ad eundem pertineat populum, ex vno eodemque fonte repetamus. — Quicunque fabulam aliquam accuratius fuerit contemplatus, videbit inesse quasi punctum quoddam medium in toto ambitu, quod in circuli figura graeco vocabulo κεντρον vocant, ad quod media et extrema referantur. Hoc autem ipsum in plerisque non adeo clarum est atque perspicuum, vt primo obtutu possit cerni. — Remota illa imagine, apparet, sedulo esse cauendum, ne decipiamur eo, quod *vera et antiquissima* fabulae significatio, leuioribus partim mutatis, partim additis, cum noua quadam coaluerit conflata, aut per eam sit obscurata. — Id inprimis cauendum est in Osiridis et Isidis ratione apud Aegyptios, Mithrae apud Persas atque Mercurii, Herculis, Apollinis et aliorum apud Graecos et Romanos illustranda et explicanda.“ Cetera.

Hic annus est, quo post tot saeculorum decursum, tot eruditorum frustratas machinationes tandem lux affulsit literis Aegyptiorum veterum; hic, quo Spohnii nomen certius immortalitati commendatum est. Nescio, quo tempore nactus erat exempla inscriptionis Rosettanae alterum Londini, alterum, quod longe minoris fecit, Monachii excusum. Ad hanc quidem cum aliis Aegyptiorum scriptis explicandam duo eum incitabant, duo adiuuabant. Viderat enim, omnem antiquitatis cognitionem imperfectam esse omnemque historiam et mythologiam inprimis, quam sua arte expetiturus erat, fluctuare sine interiori Aegypti intelligentia, ad quam nonnisi in scriptis monumentis huius nationis, Graecorum quondam aliorumque magistrae, nunc quidem lateret aditus certus. Praeterea miro quodam modo eum alliciebant noua quaeque in republica literaria, atque ea, quae alii vt nimis grauia

et, quin praestarent, difficiliora e manibus abiecerant. Difficillima quaeuis, inquam, exoptatissima ei erant. In eiusmodi rebus eruendis et absoluendis nescio an nemo constantior et pertinacior SPOHNIO fuerit per totum terrarum orbem. Ceterum singularis ei facultas suffragabatur, sine qua nihil mea voluntate valuisset assiduitas. Callens erat omnis generis scripturas vtut male et leuiter exaratas summa dexteritate recitandi. Nihil fere haerebat in literis aut detersis, aut neglectis et transpositis compactisue legendis; nihil paene in siglis verborumque compendiis enucleandis, siue in codicibus MSS., siue lapidibus lignisque, siue in epistolis in ea incideret. Noui iuuenem, qui, cum literas grauioris argumenti acceptas post diurnum laborem nondum satis perspiceret, conueniret SPOHNIVM, vt auxilium apud eum quaereret. Hic, quae ille ex praeparato non posset, ex tempore praestabat totamque epistolam a principio ad finem vsque recitabat, ac si auctor esset ipse. Atque sic aggressus est inscriptionem Rosettanam. Vt alii fecerunt, comparabat nunc hieroglyphiam eius partem, nunc eam, in qua vulgaris scriptura est, cum Graeca et contra. Quod figuras hieroglyphicas attinet, initio statuit paronomasiam quandam non vulgarem quidem illam et tritam, sed singularem. Sic ⲙⲟⲩⲓ *leo*, quod cum ⲧ articulo aeque atque Sahidorum ⲙⲟⲩⲉ (cf. Zoegae Catal. codd. Copt. pag. 26. 378.) *insulam et vallem* significat, conuenit cum vocabulo ⲙⲟⲩ et ⲙⲱⲟⲩⲧ *mors, mors*, Semitarum מוּת, מות, مَوْتٌ, ܡܰܘܬܳܐ, ሞት፡ Hinc leonis imaginem mortem apud Aegyptios innuisse putabat. Mox videbat, ab hieroglyphicis characteribus nemini exordiendum esse in explicandis Aegyptiorum scriptis. Tunc temporis scripsit in tabula, quam hieroglyphorum gratia designauerat, haec verba: „*Vergeblich ist es, die Hieroglyphen der Inschrift von Rosette zu entziffern, so lange als man die Koptische nicht dechiffrirt hat. Erst muss diese nach der Dechiffrirkunst enträthselt werden. Da muss man denn, und dazu helfen die* nomina propria, *das Alphabet heraussuchen und ist diess geschehen, so nehme man die Hieroglyphenschrift vor und untersuche ob sich aus ihr ein gleiches finden lasse. Es scheint mir nämlich* d i e s e *Hieroglyphenschrift nicht reine hieroglyphische Schrift, sondern alphabetisch zu seyn, d. h. nicht durch Bilder Begriffe, sondern durch Zeichen Buchstaben und Worte auszudrücken. Es ist wahrscheinlich, dass diese Worte (ägyptische mit den koptischen gleichförmige) nur durch andere Zeichen in den Hieroglyphen ausgedrückt sind, möglich aber, dass (wie Samskrit) auch die heilige Sprache, nicht blos die Zeichen, eine andere seyn könne. Gewiss ist es* m i r, *dass es nicht* r e i n e *Hieroglyphen sind. Man setze die Inschrift dann in ägyptische Worte aufgelöst und man hat dann das Alphabet dazu. Leichter wird sich diess entscheiden lassen, wenn man einen Stein findet, der, wenn auch nicht völlig unverletzt, doch wenigstens den Anfang giebt, da man jetzt weiss*

wo man anfangen soll. Nach Herodot II. 37. scheint es, als ob auch die Hieroglyphen von der rechten zur linken gelesen worden seyen, aber ich glaube diess nicht. Die Hieroglyphen schrieb man von der linken zur rechten. Dann hätte man sie dem Jnländer (Laien) versteckt, und der Ausländer (Grieche), der gewohnt war so zu lesen, konnte es nicht, da er der Sprache nicht mächtig war. Daher kommt es wohl, dass der Schlüssel mit der Priesterkaste zu Grabe gieng und die Deutungen der Neuplatoniker uns in Nebel hüllen oder einen Vexierspiegel hinhalten. — Das ist das Resultat von vielen vergeblichen Versuchen, wie die zwei Tafeln und einige andere Papiere bezeugen. 1819. Spohn."

Nihilominns, quamuis inde in altera parte inscriptionis explicanda consumeret operam, felicior erat. Imo qui venerat, semel iterum tertium abibat. Dubitasse adhuc videtur, vtrum signa, quae hic conspicerentur, figurae hieroglyphicae essent in breue contractae, an verba more Sinensium picta, aut literae singulares. Vereor etiam, vt non dubitauerit, vtrum lingua Coptica an alia quaedam, quae ad Hebraeorum aliarumque gentium Semiticarum dialectum inclinaret, in his signis subesset. Memini eum dicere, se iam in procinctu fuisse, vt linguam Sinensem addisceret, quod effatum siue iocosum, siue serium veri aliquid continuisse, nunc equidem scio. Matri, cum bibliothecae et calami otiem veluti ferias importunas obseruaret et miraretur, id reponebat, quodsi, quae nunc ageret, e voto succederent, diuturnam fore sui memoriam.

Nescio quo die accedunt ad eum amici; rogant, vt se iis socium faceret hortos, qui vrbem cingunt, lustratum, vel in silua pone suburbium spatiatum. Cedit. Solebat enim vires laboribus exhaustas vespertino tempore per vnam horam ambulando reficere sub diuo. Priusquam abirent, vertebat chartae, in qua inscriptio Rosettana erat, partem. Haec ita ceciderat — sic refert vir, cui vni haec accuratius tradita sunt — vt certum quoddam signum, quod infra recurreret, hic prospiceret paullulum e folio obmisso, supra integrum prostaret. Redit e spatio, redit ad chartam, videt, quae ei videnda erant. Quid porro? Procumbit — sentiebat enim, quid sibi contigerit, praeuidebat animo, quanta et qualia penderent ab hoc vitae suae momento — procumbit in genua, vt Deo Optimo Maximo gratiam persolueret. Hoc primo officio functus pergit ad gratulationem. Resilit, cubiculum emetitur passibus longis, incedit capite elato, manibus auram ferit. Matri obuenienti et, cum filio accidisse aliquid crederet, adstanti acclamat: Res salua est! Res salua est!

Quid sit id, quod tunc vidisset SPOHNIVS, quaeue cogitationes in iis, quae videret, adhaesissent, ignoro; suspicor tamen aut literarum indolem, aut naturam linguae veterum Aegyptiorum protenus ei ob animum obductam fuisse. Postquam paullulum cesserat diuinus quasi afflatus atque animi commotio adeo sopita erat, vt magis sui compos oculorum acie vti posset; repetiit tabulam Aegyptiacam. Ad

nomina, quae dicuntur, propria inscripta — ab his enim et quidem a Ptolemaei vocabulo exordium fecit — explicanda paucae horae ei sufficiebant. Subinde interpretatus est reliqua verba Aegyptiaca, primo faciliora, hinc lectu difficiliora, qua in re singularem quandam artem adhibuit. Scilicet describebat singula quaeque vocabula, inter quae signorum aut notionum affinitas intercederet, in charta cerata vel corticea, quo accuratius inter se compararet suisque literis significaret. A scriptura vulgari rediit ad hieroglyphicam, cuius partes non paucas nunc explicauit, plures ad nouam quaestionem aptauit, quam seriori aetati relinquendam esse iudicabat. Mox profecit ad alias inscriptiones, quas variis in libris reperisset. Nec dubito, quin eius merita de scriptis Aegyptiorum sacerdotalibus explanatis ex parte quadam ad hunc ipsum annum pertineant. Certe sub initium sequentis anni CIƆIƆCCCXX scripta est a SPOHNIO dissertatio *) hoc titulo: *Erstes Fragment über Hieroglyphen, ihre Deutung und die Sprache der alten Aegypter*, quae argumento est, eum hieroglyphicas et sacerdotales literas iam tunc attigisse. Ibi enim inter alia haec leguntur: „*Doch da der Schrift und Sprache der Aegypter, nicht der koptischen sondern der, welche*“ „*bis jetzt beynahe dieselben Schwierigkeiten zur Entzifferung dargeboten hat, als die Hieroglyphen selbst*“ „*mehrmals Erwähnung geschehen ist, ja selbst einiges über sie angedeutet wurde, so soll vielleicht in einem der nächsten dieser Fragmente davon gesprochen werden; wo dann auch der Beweis, daſs, was man wenigstens bisher Verwandschaft der Sprachen genannt hat, zwischen der Aegyptischen und Hebräischen nicht statt finde, daſs die Aegyptische von jener oben bey den Hieroglyphen getadelten Vnvollkommenheit nicht ganz frei sei, durch die Sache selbst wird geführt werden, indem die Aegyptische Inschrift des Raschidischen Steins, schon jetzt gröstentheils entziffert, dann mitgetheilt werden soll.*“

Hicce tractatus SPOHNIO nisi inimicos, certe aduersarios nonnullos progenuit. Quum enim nouam sententiam in scenam produceret, veterem exploderet; id fieri non potuit, quin alii sua placita defenderent, veteremque superstitionem tuerentur atque artificiosis armis iisque acutissimis eum in ephemeridibus publicis aliisque libris impugnarent. Ille ne verbum quidem. Detrectabat huius generis bella atque sua virtute inuolutus despiciebat eos, qui per inuidiam vel nimiam quandam religionem eum allatrarent. Haec scripta tantum aberat, vt celaret et supprimeret, vt amicis indicaret et commendaret. Nullo tempore mihi maior visus est SPOHNIVS, quam eo, quo nullo pacto ad id, vt auctoritatem suam ab eiusmodi calumniis vindicaret, adigi poterat.

*) Vid. Amalthea *od. Museum der Kunstmythologie und bildlichen Alterthumskunde herausgegeben v. Carl Aug. Boettiger, 1. Band Leipz. 1820. p. 76—91.*

Quae subinde inuenerat, liberius cum familiaribus communicauit, adeo vt, multis translationes inscriptionum recitaret. Non enim valde tunc timebat ab aemulatoribus. Serius quidem, cum ab omni parte adiretur et vexaretur, difficilior euasit neque pauci sunt, quibus non solum grauiora, sed leuiora etiam prodere cum illiberalitatis quadam specie denegauit. Ceterum neminem puto fore, qui palmam manibus SPOHNIANIS eripiat, nisi, qui suis e schedis antiquioribus et vberioribus argumenta duxerit. Quod ne arroganter et pro partium studio dictum videatur, has addo rationes. Scripta quaeque literis aut signis incertae potestatis e lingua obscura, quibus quidem additae sunt translationes, aut respondent paene ad verbum aliae quaedam scripturae satis perspicuae, duplici omnino via explicari queunt. Scilicet eorum sensus requiritur, quum comparantur integra verba perspicua cum obscuris, aut resecatur scriptura arcana ad vnguem vsque atque in elementa resoluitur. Quam facilis eaque lubrica illa est via, tam difficilis sed tuta etiam haec procedentibus patet. Illam quicunque sequantur, iis nihil fere opus est, quam inspicere obiter verborum veluti corpora atque videre de locis vacuis, quibus vocabula singula aut incipiant, aut finiantur. Qui autem accuratius versetur, is signorum ingentem fere molem habet cognoscendam, digerendam, in ordinem redigendam, vt fiant syllabae, e syllabis vocabula. Sic demum oritur grammatica atque glossarium, postquam verborum formae et significatus, variis locis inter se comparatis, multo labore et sudore fuerint reperta. Ex illo quidem genere ii libri esse videntur, qui ad hunc vsque diem etiam post inuenta SPOHNII scripturas Aegyptiacas explicuisse iactant; ad hunc pertinent SPOHNII lucubrationes. Non is sim, qui de tot virorum meritis aliquid detraham; sed sponte intelligitur, explicationem sine elementorum cognitione nullam esse. Quod equidem scio, nemo adhuc vel post SPOHNIVM librum emisit in lucem, qui textum inscriptionis aut papyri Aegyptiacum recitare doceat atque, si a paucis neque certis neque sufficientibus coniecturis discedas, grammaticam atque glossarium exhibeat. Haec talia SPOHNIVS praestitit. Quamobrem non mirandum etiam, huius inter labores longius temporis spatium effluxisse. Per Achillem! sane expeditiores sunt, qui scriptis Aegyptiacis sensum non ex elementis enatum, sed aliunde arcessitum inferunt. At hi comparandi sunt pastoribus parum prouidis, qui, ouiculis suis sine cane custode eductis, e longinquo caute speculantur, vtrum lupi accedant totumque gregem deuorent, an particulas opum, Pani annuente, integras sinant. Nihil enim tam falsum, quin veri aliquid contineat; quin etiam in somniis sapientia quaedam subest. Sed haec omnia absque ira et studio. Nemo enim me melius potest et nosse difficultates, quibus scriptorum Aegyptiacorum explicatio laborat et aestumare operam, qua alii tam obscurum atque abstrusum literarum genus interpretari conati sunt. Non

solum enim viam, qua SPOHNIVS processit, a principio inde multo sudore iterare, sed etiam vltro progredi et pergere debui, quo ille ob nimia impedimenta et moras peruenire nondum valuerat.

Non defuerunt, qui SPOHNIVM ab his studiis auocare cuperent. Nouerant enim multi, nemini adhuc contigisse Aegyptiacas tenebras discutere; imo sexcentos oleum et operam in his negotiis perdidisse. Iudicabant etiam, hoc literarum genere barbaro ac fere inhumano nihil beari posse genus humanum. Itaque omnem machinam adhibuerunt partim praesentes in colloquiis, partim absentes per literas missas crebraque conuicia contra SPOHNIVM, siue vt eius nominis candorem a labe integram seruarent, ludibriumque praeuerterent, siue iis eum literis redderent, quibus magis quadraret, quasque communi cum eruditorum exspectatione professus esset. His parum mouebatur. Etenim *iustum et tenacem propositi virum non ciuium ardor praua iubentium mente quatit solida.*

Operam SPOHNII et merita de rebus Aegyptiacis iam vellem emetiaris hunc fere in modum. Communis opinio erat, Aegyptios veteres in scribendo non literis singularibus, sed rerum figuris alias accurate effictis et adumbratis, alias negligenter delineatis veluti decorticatis nudatisque vsos fuisse, quibus verborum notiones significarent. Hoc rursus duplici modo fieri poterat, cum singulis vocabulis singulae imagines eligerentur, aut vero signa varia, vti apud Sinenses *accidit*, in vnum locum, quasi sedem cogerentur. Hos tantos errores, cum veterum tum recentiorum credula ignauia inueteratos, SPOHNIVS feliciter superauit. Vidit enim primum, literas fuisse in vsu apud Aegyptios. Denuo quaerebatur, quanam lingua vetus Aegyptiorum natio locuta fuerit. Plerique cogitauerant de Coptica, alii de Aethiopica, alii de singulari Hebraicae aut Arabicae aut Samscridamicae aut Graecae etiam haud absimili. SPOHNIO lingua noua fere e nihilo procreanda fuit.

Ante omnia literas Aegyptiacas habebat discernendas earumque sonos reperiendos, vt verba oriri possent. Verborum, quae nulto in glossario, nulla in grammatica continerentur, significatus eruebat ope inscriptionis Graecae in lapide Rosettano. At desunt multa non solum in textu Aegyptiaco, sed Graeco quoque; translatio Graeca passim alia omittit, alia addit, alia negligentius et liberius reddit: nouum inferebatur impedimentum. Quamobrem SPOHNIVS singulas fere literas enumerando quaerere ante omnia debebat, quibus signis Aegyptiacis singuli translationis Graecae versus inciperent et desinerent, vbiue necessaria neglecta, aliena inserta essent. Ceterum ne hoc quidem pro certo constabat, qua ex parte, sinistra an dextra, qua lapis infractus est, lectio incipere deberet. Vocabula Aegyptiaca, quibus neque Graeca, neque Coptica responderent, nonnisi e contextu et repetitione aliorum locorum cognosci poterant. Sic ambitu et potestate verborum constituta,

animaduertebat eorum formas varias, ita vt, nisi in chartis, certe in animo perfectam grammaticam componeret, quo rectius ad alias Aegyptiorum scripturas interpretandas animum applicaret. Praeterea Coptica lingua neque in lexicis neque in grammaticis ita explanata est, vt SPOHNIO, praesertim cum Graecae eius Latinaeque Musae cum barbaris communitatem antea parum tulissent, primarium vel vnicum auxilium suum satis libere praestare non posset *). At scriptio, inquies, simplex et facilis laborem aut adiuuabat, aut non impediebat. Nihil minus. Equidem numeraui nuper literas non quindecim quidem, aut viginti vnam, aut triginta duas; sed octingentas vulgares, totidem sacerdotales satis inter se diuersas. Quid dicam de hieroglyphicis? Addere habeo, quae si nouisses, non dubito, quin argumenta de quibus dictum iam est, minoris penderes; nolo autem materiam quandam mihi praeripere. Res ipsa loquatur alias.

Non pauci exstiterunt, qui de eodem argumento ante SPOHNIVM scriberent, quorum placitis nescio magisne rectis, an falsis in rectam viam fortasse adduci potuisset. Horum nihil legerat, siue ignoraret, siue sibi se sufficere putaret. Haec saltem constans erat studiorum eius ratio, vt rem fontesque adiret atque prius se ipsum experiri, quam alios audire cuperet. Lestitabat veteres, quorum e scriptis sexcenta loca in aduersariis alia notaret, alia describeret; e recentioribus neminem fere praeter *Zoëgam*. Ipsius de *Sacyi* V. S. libellum seriori demum aetate nactus est, qua et ego nonnulla primum ei indicaui.

Si quis mallet altitudinem meriti SPOHNIANI temporum rationibus computare, is teneto, duo fere annorum millia consumta esse in vanis et irritis arcanorum Aegypti studiis. Quae autem nullum saeculum, quae neque Graecia, neque Italia, neque Gallia, neque Germania, neque alia terra valuit, id SPOHNIVS nunc praestitisse censendus est. Quomodo de se iudicauerit ipse, de eo nihil dico; en epistolam SPOHNII paucis ante eius obitum diebus scriptam: *„Seit vielen Jahren beschäftigt mich die Idee durch gründlichste Darstellung der Religion und Mythologie des orientalischen Alterthums die Unwahrheit der oft wiederhohlten Behauptung, daſs unsere heilige Religion ihm vieles verdanke, zu zeigen. Eine deshalb* 1817 *gehaltene Vorlesung zeigte mir noch die meiste Schwierigkeit in Aegypten. Die Versuche die Hieroglyphen zu enträthseln sind wegen schwankender Deutung noch bis auf NN's neuester specieller misgeglückt; die vielerlei Mumienrollen und andere Schriften zu entziffern ist bis jetzt eben so wenig gelungen; ja man weiss noch nicht einmal, ob es verdorbene Hieroglyphen oder Buchstabenschrift sey. Noch weniger kennt man die Sprache der alten*

---

*) Vtinam placeat Quatremerio V. M. suas obseruationes de lexicis grammaticaque Coptica egregias mox in lucem edere.

Aegypter. Bey meinen obgedachten Untersuchungen hat mir Gott im Jahre 1819 die Gnade verliehen die erste oder demotische oder profane Schreibart entziffern zu können; aber sein Wille liess mich in Folge vieljähriger Anstrengungen in schwere und lange Krankheiten fallen und das so weit begonnene Werk musste liegen bleiden. Nachdem er mich davon befreyt, hat mir abermals die Gnade verliehen, auch die Priesterschrift der Mummienrollen entziffern zu können. Ich bin durch diesen Seegen Gottes jetzt im Stande nicht blos über diese Schriftarten, doch fast gänzlich mit Ausschluss der Hieroglyphen oder Bilderschrift, sondern auch über die Sprache selbst etwas systematisches schreiben zu können. Es wird diese doppelte Entziffrung nach dem Urtheile gelehrter Freunde so grosse Resultate zur Kenntniss des bis jetzt unzugänglichen Aegyptischen Alterthums liefern, dass ich vor dem Unternehmen erschrecken würde, wenn ich nicht glaubte, daſs die Kraft dessen, der mir diese Gnade verliehen, in dem Schwachen mächtig seyn werde. Ew. ist vielleicht — nicht unbekannt, dass ich früher in drückender Lage dreizehn Rufe zum Theil mit Ehrentiteln und grossen Einnahmen — ausgeschlagen. Ich glaube, dass das angekündigte Werk: de lingua et literis veterum Aegyptiorum *das wichtigste sey, was ich leisten konnte — — ich wage nicht mich auf meine bis jetzt allgemein gütig aufgenommenen literarischen Versuche zu beziehen; aber Ew. können überzeugt seyn, dass ich nur das — niederlegen werde, was mir Gott als das wichtigste meiner bisherigen literarischen Bemühungen hat gelingen lassen. Ungeachtet er mich zur gänzlichen Vollendung stärken wird; werde ich es doch bey diesem schwierigen Unternehmen, zu der neuen Sprache und doppelten Schrift eines der wichtigsten Völker des Alterthums Grammatik und Wörterbuch zu entwerfen und den Zugang zu der Literatur zu eröffnen, als eine neue Wohlthat des Höchsten anerkennen, wenn ich von der Huld Sr. — bey meinen Bemühungen überzeugt seyn könnte. Noch wage ich die devote Bitte, daſs diese und folgende Proben bis zur Publication des Werkes blos zur Kenntniss Sr. — — dienen mögen, da meine Entdeckungen sonst gefährdet seyn würden.“*

Quamuis SPOHNIVS subinde primariam suam operam impenderet literis Aegyptiacis; non deeant tamen, quae eum his a studiis, quibus mirum in modum delectabatur, per dies multos ac denique per menses integros alienarent. Non tribuebatur ei officium, quin exsequeretur. In scholis publicis interpretabatur anno CIƆIƆCCCXX Theocritum et Tibullum atque criticam docebat; exercitationes Societatis criticae moderabatur neque exiguam diei partem priuatissimae Principum duorum institutioni dabat. Tunc enim Lipsiae versabatur princeps a SCHWARZENBERG cum familia, vt corporis valetudinem et sanitatem recuperaret. Huius cum filiis iuuenibus optimae frugis atque literarum amore ardentissimis, postquam SPOHNIVM magistrum sibi elegerant, tractabat Tibullum, Theocritum atque Platonem per integrum et quod

excurrit annum, quamdiu patris fatum exspectarent. Etenim cui terrae dederat, ea non reddidit salutem; vni viro obtulit Lipsia aduenae palmam, cuius facto cupressum. Ceterum continuabat SPOHNIVS quaestionem de vita et carminibus Tibulli atque veteri geographia partesque habebat in edendis commentariis archaeologicis. „*Kommt bald der zweite Heft*“, sic scribebat mense Aprili, „*so schicke ich dazu das Haus des Ithakers. Abgebunden in Zimmermanns-Sprache ist es.*“ Hesiodi carmina, quorum editionem maiorem curabat, vsque ad octogesimam tantum paginam typis exscribere licuit. Die XXVII enim Iulii correptus est morbo illo grauissimo et longissimo, qui ad mortem eum adigeret et corpus per reliquam vitam debile et fragile redderet.

A multo inde tempore laborauerat malo haemorrhoico, quod non solum summa assiduitas, verum vigiliae etiam perennes non poterant non augere. Malum vnum tam multa traxit, vt tunc nulla fere corporis eius pars salua videretur. Laborabat stomachus, laborabat pectus, laborabat iecur, laborabant intestina atque alia. Quantopere aegrotaret, nemini indicabat ne matri quidem, cui sollicitudinem afferre verebatur. Credes eum relaxasse, ne frangeretur, arcum, abiecisse laborum partem, rarius scholas publicas habuisse. Hic discant, qui iactant officiorum suorum sanctitatem, constantiam et patientiam. Serius non celabat, se inter labores nullo die intermissos summo saepe dolore affectum fuisse, atque inter acerbissimos cruciatus haud raro verba fecisse auditoribus. Huc spectant literae: „*Ich las und arbeitete fort. Doch befiel mich zuweilen Nachmittags ein Schlaf, der von 4 bis 9 Uhr mich nicht erweckt werden liess. Abends beym Einschlafen störten mich oft Erscheinungen von Bildern, Menschen, Gruppen aller Art. Drei Wochen lang trug ich es und las täglich, viertägig drei Stunden und las noch am* 26*ten Juni.*“ Die dicto mala regnare coeperunt adeo, vt lecto affixus molestissimo eoque pertinacissimo aestu febrique iactaretur, quibus vires eius parum aberat, quin exhaurirentur. Per longum temporis spatium fugiebat eum θεῖος ille ὕπνος ἄναξ πάντων τε θεῶν πάντων τ' ἀνθρώπων, aut cum accederet, secum afferebat constanter somnia turbulenta. Inter ea orationes et carmina integra Graeca, Latina, Germanica recitabat, quibus nihil concinnius, rectius et elegantius cogitari potest, tanta cum celeritate, vix vt scriba exactissimus dicta notare valuisset. Ipse professus est — in his enim omnibus sui conscius manebat — perfectius aliquid se non potuisse exhibere, quamdiu viguisset corpus. Medici vix de sede morbi vel morborum certi, quamuis omnem artem et medicinas experirentur, opem neque celerem neque satis efficacem ferre valebant, imo ingrauescente morbo desperabant de aegroto. Ipse de se actum putabat et conclamatum. Tantis in malis tamque diuturnis doloribus neminem vidi magis placidum et tolerantem quam SPOHNIVM.

Simul ac naturae bonitas vel paululum superior fieri inceperat, ad negotia rediit tam caute quidem et prouide, vt primum per vnam diei horam, deinde per duas, hinc tres pluresque antiquum cum Musis commercium haberet atque viribus exhaustis in lectum se reciperet. Nolebat enim cum Tito dicere, diem, qua animo aliquid libertatis existeret, se perdidisse. Sensim sensimque mala cesserunt, sed simulate magis quam vere, atque videbantur adeo noua auxilia e subsidiis sibi adiunxisse, cum mense Nouembri redirent pugnamque fere imparem et diuturnam denuo committerent, qua parum aberat, vt SPOHNIVS tandem subigeretur atque succumberet. Cum reualesceret, mortuus est mense Ianuario Baro de Ferber, cuius viri vt patroni et fautoris obitus animum eius ad percipienda aduersa parum adhuc fortem summo dolore et fere letali affecit.

Sub veris initium a. CIƆIƆCCCXXI, cum aër maxime temperatus esset calore, primum in vitam et ora hominum rediit, nescio magis cum spectantium desperatione et auersatione, an laetitia et gratulatione. Vix erant, qui ex habitu et vultus ratione eum recognoscerent. Quamdiu valuerat, excellebat haud vulgari corporis venustate. Erat vultu nitido, candido et rubore suffuso; oculis apertis et fulgentibus; corpore in omni parte nisi bene, saltem non tenuiter nutrito; statura procera erectaque; artubus agilibus et expeditis; incessu decoro ac fere superbiente, oratione suaui aeque atque graui; mente hilari nec raro ludente. Horum omnium nunc vix vestigia reperiebantur. Vultus defloruerat, oculorum lumen erat exstinctum, totum corpus grandis macies et pallor tenebant. Qui iuuenili vigore et facilitate incedere consueuerat, nunc tarde mouebatur baculo innixus, velato ore, neque, cum appellaretur, sistere pedem audebat. Adeo conuersus erat, vt in suo ipse corpore hospitari crederetur. Heu! quoties mihi tunc, quum talem eum viderem, in mentem venerunt verba illa, quae in SPOHNIVM transferebam:

Ὁρᾶτε αὐτὸν, ὦ γᾶς πατρίας πολῖται
τὰν νεάτον ὁδὸν στείχοντα,
νέατον δὲ φέγγος λεύσσοντα
ἀελίου, κοὔν ποτ' αὖθις.

Quanta autem morbi seueritas fuerit, licet vel ex his cognosci possit, dicant literae SPOHNII nonnullis mensibus post amico missae: „*Eine lange und für mich sehr schwere Zeit ist seit meinem letzten Briefe an Sie vergangen. Aufgegeben von fast Allen, selbst von mehrern Aerzten, litt ich in nicht zu beschreibender Art vom* 27 *Jul.* 1820 *bis Ostern* 1821., *so daſs es sich nur erst vom Januar an besserte. Erlassen Sie mir die Erinnerung an das Einzelne. Sie können sich vom Uebrigen eine Vorstellung machen, wenn ich Ihnen versichere, daſs ich* e i d l i c h *versichern kann,*

länger als einen Monat keinen Augenblick geschlafen zu haben, im eigentlichen Sinne des Wortes. Sie werden vielleicht damals schon auch gehört haben, daß ich todt sey und viel hatte Fama da nicht hinzugesetzt. Denn mein eigner trefflicher Arzt bewunderte es, daß ich genas und daß ich — Gott sey Dank! — jetzt eine Gesundheit genieße, die besser ist, als wo Sie, theurer Freund, mich hier kannten. Aber freylich schone ich mich auch nun etwas; hätte ich das damals gethan und thun können, so wäre es nicht so gekommen. Allein das freylich etwas zu übertriebene Arbeiten, vorzüglich das siebenjährige Nachtarbeiten bis 2 — 3 Uhr hat den Unterleib und sämmtliche Verdauungswerkzeuge in die beschreibungsloseste Unordnung gebracht. Das Fleisch einer Taubenbrust zu verdauen (meine ganze Mittagsmahlzeit) kostete bis 6 Uhr drei bis viermaligen Angstschweiß bis zur Erschöpfung. — Jetzt esse ich — Gott Lob — Kartoffelklösse, versteht sich modice, doch kann ich's. Im Julius gedenke ich in ein Bad zu gehen und da vollends zu gedeihen; bonum sit. Doch ad laetiora." —

Quo melius SPOHNIVS ad sanitatem reduceretur, principes, penes quos procuratio Academiae est, vltro ei, quo erant erga eum studio et meritorum aestumatione, obtulerunt semestrem a munere vacationem, quod tempus, si placeret, itineri daret. Hac summa liberalitate, cum integra nollet, eatenus vti non dubitavit, quatenus per eam sibi liceret nonnullas septimanas in balneis transigere. Elegit sibi, quae praecipue eiusmodi aegrotantibus laudabantur, aquas Francisci prope Egram, quibus cum felicissimo successu vsus est. Breui enim tempore non solum animi hilaritas et vigor, sed corporis quoque valetudo restitutae erant neque multum aberat, quin malum cum radice euelleretur. Duo manserunt, corporis imbecillitas quaedam et coloris insuauitas, quas depellere ne inferioris quidem naturae beneficia et medicinae posse videbantur. Lipsiam redux factus nihil antiquius habebat, quam Deabus Naiadibus etiam gratam mentem testari et pari morbo afflictis salutis locum nominare. Aquarum enim, quibus alteram vitae partem debebat, virtutem non modo crebris colloquiis, verum etiam in actis diurnis, quam maxime posset, praedicauit et commendauit. Hinc scholam aperuit, in qua Horatii Satyras, Theocriti carmina, Virgilii Bucolica atque artem criticam tractaret. De societate critica, quam denuo conuocare pergebat, bene merebatur eo potissimum, quod de suis multa discipulis concederet, e quibus dissertationem vnam verbo commemorabimus. In lectione Callini ex recensione FRANCKII, quam ante hos sex vel septem annos absoluerat, multa obseruauerat, quae partim in singulis paginis partim in schedis notaret. Postea cum prodiisset Goerlizii dissertatio de Archilocho, inde occasionem sumsit ad eandem in materiam eique similes altius et circumspectius inquirendum. Subinde integrum libellum adumbrauit, cuius hic erat

titulus: „De aetate Archilochi, Tyrtaei et Callini. Disseritur obiter de defectione solis a Thalete praedicta, de tempore, quo Cyaxares Nineuen oppugnauerit, Treres Magnesiam et Sardes expugnauerint, Scythae et Cimmerii Asiam inuaserint, denique de carminis elegiaci apud Graecos origine et vsu." Has quidem quaestiones, quo rectius discipulis summam tradere posset, in breue contraxerat suumque compendium cuidam roganti, vt describi a se pateretur, concesserat. Atque haec omnia temporis iniquitate intercidisse videntur. Exstant enim in bibliotheca SPOHNII nunc neque liber primarius, neque epitome, neque editio Callini FRANCKIANA cum multis, quibus referta erat, adnotationibus. Priuata eius studia exercebant Horatius, cuius editionem aliquando ornaturus erat, Virgilius atque Theocritus, in quo tum alia tum critica, serius partim in lucem edita, obseruabat, cum literis Aegyptiacis.

Anno CIƆIƆCCCXXII egregia vetustatis Aegyptiacae monumenta, quae MENO A MINVTOLI V. E. in itinere per illam terram comparauerat, Berolinum apportata atque Regis munificentia coëmta in bibliotheca regia, vt ornamentis ex hoc etiam genere abundaret, exposita erant. In his erat voluminum papyraceorum — pauca enim in vndis ad ipsam patriam oram perierant — haud exiguus numerus, quae vt propius cognosceret SPOHNIVS, volebat Academia literarum Berolinensis splendidissima. Nihil exoptatius ei accidere potuit, quamquam serius demum a se impetrauit, vt ab officio museoque suo per aliquod tempus se abstraheret. Quot volumina reuoluta erant, tot recitare poterat atque assequebatur, vt praefecti bibliothecae, qua erant comitate et liberalitate, alia delineari sinerent, alia Lipsiam ei mittere annuerent. Interim alia voluminum papyraceorum, quae in aliis bibliothecis asseruantur, antigrapha acceperat, ita vt de prolixiori opere, quod literas Aegyptiacas tractaret, ab hoc inde tempore praecipue cogitaret. Hinc in catalogo, qui libros in mercatu quoque et vernali et auctumnali Lipsiensi venales nominat, indicebat opus Aegyptiacum eo titulo, quo a me absolutum in lucem prodire iam coepit. Grammaticae tantum, cuius mentio ibi non fit, cum praeparata sit a SPOHNIO, adieci indicium. Subinde curabat per duos et tres adeo lithographos textus cum lapidum tum papyrorum et byssorum Aegyptiacorum in lapidibus Bauaricis inscribendos, ita vt sibi reseruaret correctionem. Initium fecit ab inscriptione Rosettana. Sequebatur exemplum Londinense adeo diligenter et curiose, ne dicam morose, vt vel leuissima puncta, minutissimas lineolas, signorum flexus vix oculis percipiendos imitaretur. Memini eum asserere, aliquando se suum exemplum pro Londinensi sumsisse, vtriusque similitudine deceptum. Vnam tantum literam, quam aut pictor Anglus aut lapicida Aegyptius omisit, ab eo additam vidi. Haec literis etiam prodidit: *„Wenn es nicht zu viele Umstände macht, so schicke ich*

Ihnen einen Probeabdruck von der Rosetten-Inschrift, wo Sie, je genauer Sie es mit dem Originale vergleichen, desto mehr bewundern sollen, wie auch in der kleinsten Kleinigkeit dieß ein fac simile *ist, und wie anders das aussieht als —. Es geht aber auch bey dieser Revision über meine Augen recht her.*" In describendis papyris Berolinensibus difficilior adeo erat, ratus non suam rem, sed commune commodum agi. Aderat vocabulum paene abstersum; vertebat chartam, vndique ab omni parte contemplabatur neque abibat, quin lacuna expleta esset. Aderat litera ab artifice iusto minus producta, aut curuata, aut attenuata et contra; ipse emendabat in lapide tanta cum dexteritate, vt literatus palmam eripere videretur pictori. Cum dierum breuitas non sufficeret, noctem adhibebat, sex pluribusque lucernis vndique circumpositis. Sic in corrigendis quinque, vt scio, lapidibus inscriptis decem hebdomades consumsit.

Non pauci erant, qui eum rogarent et instigarent iterum iterumque, vt accelerarct opus et quam primum posset de inuentis suis aliquid diuulgaret, ne praevenirent eum alii. Hinc scribebat amico: *„meine Sache über Tibull muſs noch liegen bleiben, da ich nunmehr dem Geheimniſs auf die Spur gekommen bin, die hieratischen Charactere auf den Mumienrollen mit Gewiſsheit und mathematischer Demonstrabilität entziffern zu können. Ich werde nun von allen Seiten gedrängt, es bekannt zu machen und muſs nun mich es endlich. Es ist viel Wunderbares, was ich darinn gefunden habe, Dinge, welche zu glauben ich mich gar sehr gesträubt habe. Zwei Mumienrollen und sechs Inschriften habe ich bereits im vollen gleichmäſsigen Zusammenhange entziffert.*" — Nolebat autem fabulas magis, quam vera narrare atque in libello leui garrire potius, quam in opere perfecto, re funditus perspecta, loqui. Neque adeo noui studiosus erat, vt reliqua sua officia negligeret, neque adeo gloriolam sectabatur, vt suum nomen communi commodo anteferret. Vtinam a SPOHNIO discant, quicunque inuenta sua immatura supprimere nesciunt, imo parta, reliquam curam fastidientes, ingenti cantu produnt, aureum illud Horatianum: *nonum prematur in annum.* Peritiorum ac veluti humaniorum gallinarum est, exclusis demum pullis canere triumphum. Ceterum SPOHNIVS sibi aliquid tribuebat, non suo quidem iudicio inflatus, sed euentu et experientia edoctus. Dictitabat, qui nequeant explicare inscriptionem Rosettanam, eos nequire non vllam aliam interpretari. Subinde plures ei ab amicis indicabantur, qui eandem, quam tractabat, materiam tractassent. Quorum scripta cum nactus esset, non sine magna exspectatione in manus sumsit; cum legisset, non sine indignatione et despectu quodam deposuit de manibus, affirmans, denuo operam esse perditam, aut parum facere eiusmodi tentamina nulla a parte satis tuta ad Aegyptiorum veterum et scripturam et linguam vel mediocriter cognoscendam. Non superbe quidem iactabat, sed modestissimis verbis familiaribus asseuerabat, pau-

eos esse, qui ad tale opus suscipiendum feliciterque absoluendum idoneam habeant facultatem, pauciores, qui constantiam et seueritatem *suam*, quibus maxime omnium in hac re opus sit, apportent.

Restat, vt verbo dicamus, quomodo SPOHNIVS in explicatione scriptorum Aegyptiacorum versatus fuerit. Cum nactus esset inscriptionem, ante omnia distinguebat singula verba, quo loco Aegyptii spatium vtut angustum vacuum siuerunt, lineolis erectis. Sin textui deficerent quaedam aut in media charta aut in lateribus, vocabula manca explebat, si posset, eadem ex inscriptione, vbi recurrerent, aut ex aliis aliarum locis; reliqua addere in aliud tempus differebat. Hinc in volumine paginarum nonnullarum notabat versus inscriptionis; quo facto singula vocabula Aegyptiaca, singulis literis examinatis, deinceps reddebat Latinis, quibus imponeret numerum, subiiceret notionem apud Latinos. Proprium itaque habet SPOHNII explicandi ratio, quod notiones verborum non inferebat aliunde petitas, sed efferebat e scriptis ipsis priusque cogitaret de potestate signorum eruenda, quam de significatione vocabulorum de coniectura intrudenda. Verba Latina significabat duabus tribusue literis, quorum casus secunda manus addendos habebat. In explicanda inscriptione Rosettana hoc etiam obseruabat, vt translationem Graecam per totum libellum versibus singulis initio interscriberet atque vocabula Aegyptiaca cum Graecis, quibus responderent, linea ducta copularet. Vocabulis explicatis lineas inducebat. Si incideret in verbum duplicis, triplicis, quadruplicis vel multiplicis et lectionis et significationis, in libello suo variantem lectionem supra notabat, infra interpretationem. Sin occurrerent obscura, negligebat aut literas claras tantum reddebat, quibus tot puncta inderet, quot literae deesse videbantur. Literas, quae possent salua lectione aut incipere aut finire verba bina, repetebat scribendo vncinis inclusas. Priori versu explanato, e sequentibus emendabat lectionem et interpretationem antecedentium, ita vt adderet, quae neglexerat, aut corrigeret, quae falso essent intellecta. Quo magis leuitatem fugeret atque linguae indolem perspiceret, verba, quae signa incertae potestatis continerent, alias aliis literis significabat. Hinc inter secundam tertiamue lectionem facile resciebat, quam varie certum quoddam signum enunciari posset, quoue modo rectius reddi deberet. Interpretationem inscriptionis Rosettanae admodum iuuit, quod, vti monitum est, verba idem significantia schedis ordine conscripserat. Ceterum in libello suo manuscripto innumera ad vocabula, praesertim rara, adiiciebat versuum et locorum, quibus recurrerent, indicia multaque signa alia interrogationis, alia aequalitatis, alia coniunctionis, alia obscurioris significatus; frequentius vocabula, quibus responderent, Coptica. A prima inscriptione sic satis exposita pergebat ad secundam, tertiam, quartam, reliquas deinceps pari ratione exponendas, ita vt e posteris quibusque in priorum commentaria transscriberet multa, nunc emendantia nunc illustrantia. Primam manum sequebatur secunda, tertia, quarta,

quinta, sexta. Non enim omnibus diebus sumus omnino iidem; diuersa est cum mentis tum oculorum acies diuersis diebus et vitae aetatibus. Quoties nouam manum admouebat, toties mutabat scripturam, vsus primum atramento, deinde rubramento, hinc viridamento, postea flauamento, porro glaucamento, denique graphito rubricaue*). Cum pagina aut versus quidam adeo literis, signis, monogrammatibus infercitus esset, vt oculi singula discernere iam non valerent, neque locus nouae correctionis exstaret; inglutinabantur schedae: cum totum volumen negaret intelligentiam sui; describebatur, vt tincta viam possent iterare.

Attamen vellem constanter teneas, SPOHNIVM pleraque in schedis suis non notasse, magisque perfectum opus in memoriae recessibus circumtulisse, quam calamo exaratum nostris manibus reliquisse. Hinc loquebatur de absolutis iamiam inscriptionum explicationibus, quibus alias nonnulla, alias multa desunt. Huius rei argumento sint haec eius verba: *„N. N. hat mir freywillig jetzt den Gebrauch der mir gesandten Copie gestattet, die mehreres Interessante enthält; z. B. sehen wir daraus, daſs es nicht Spitz- und Spottnahmen waren: Physcon etc. von den Ptolemäern. Denn hier heiſst es in den königlichen Titulaturen: Unter dem Könige Ptolemäus, dem Könige Aegyptens und vieler Völker, dem Könige Ptol., der da liebt den Schmeer der Menschen* (amante adipem hominis). *Ein curioser Euphemismus für eine curiose Benennung! Leider ist aber das Geschick noch nicht so günstig gewesen, daſs ich etwas, was von der hohen Vorzeit der Aegypter uns schlagende Beweise gäbe, gefunden hätte. Es sind meistens Tempelsachen, Schenkungen u. s. w.; historisch ist manches sehr wichtig, auch mythologisch, aber doch gegen das, was man in diesen Registraturen aus den Archiven des Todes erwarten sollte, nicht bedeutend. Zuweilen ist es der Fall, daſs Dinge da stehen, die man am allerwenigsten, sondern eher alles andre, erwartet hätte. Ich kann aber es nicht ändern, ich werde mich möglichst aller groſsen Absprünge u. s. w. enthalten und blos möglichst den Notarius machen, der die Aussagen abhört.“*

Quod attinet operis, cuius editionem parabat, rationem, hoc erat SPOHNII consilium. Multa congesserat inscriptionum exempla, plura exspectabat, quae quidem omnia arte lithographica summa cum fide exprimenda curaturus erat. Inscriptionem Rosettanam aliasque nonnullas triplici modo reddere cogitabat, ita scilicet, vt textus primo integer, deinde translatione media distinctus, denique in singulas partes suas dissectus et pro verborum affinitate rursum conscriptus exhiberetur. *Primam* operis partem amplecti volebat singularum inscriptionum commentaria; *secundam* dissertationem de scriptura Aegyptiorum generalem cum introductione historica; grammaticam atque glossarium. De hoc quidem sic loquitur: *„Es ist*

*) Quod vocabulo *graphiti* vtor; sequor mineralogos; apprime WERNERVM V. I.; quibus res satis nota et certa est.

eigen, wie die Aegypter manches ausdrückten, fast zum Schlüssel der Hieroglyphen führend. Z. B. Diadem, welches S. in einer Stelle durch Königreich übersetzt, ist durch ein compositum bezeichnet, dessen Bedeutung ist: Anzeigung, Kundmachung des Herr-Seyns; εὐχάριστος ist durch Thaeter des Guten ausgedrückt. Ich werde ein Glossarium, oder wenn das Volumen zu grofs wird, ein Lexicon der alt-ägyptischen Sprache mit griechischem und lateinischem Index schreiben, so dafs man in Zukunft auch Aegyptisch übersetzen kann." Haec omnia vno volumine contineri constituerat, quod consilium postea mutauit. Cum enim scripta, quae explicari possent ab ipso, mirum in modum et aucta et augenda vidisset; cogitauit subinde de eo, vt singulas operis particulas deinceps in lucem ederet. Atque hunc in finem typi Aegyptiaci primum excuterentur voluit.

Hoc anno denuo vsus est thermis Egranis, cum pristina mala, vitae genere parum mutato, reuocari viderentur. Inter alia laborauerant oculi, quibus noua assiduitas et lucubrationes iteratae inflammationem parauerant. Ceterum hae causae effecerunt etiam, vt oculi eius fere a pueris inde haberent aliquid hebetationis et parum prospicerent. Non poterat, cum clarius videre cuperet, quin vitrum oculare adhiberet concauatum. Lipsiam feliciter redux factus*) discipulis Tibullum, Hesiodum, Odysseae priorem partem, geographiam Graecorum et Romanorum explicare, priuatissimis in scholis viam ad criticam praeire pergebat. Tunc vt suam ei *beneuolentiam* et venerationem testarentur, Professores facultatis philosophicae obtulerunt SPOHNIO munus Procancellarii, quod per hiemem obiret. Amplissimam hanc conditionem cum suscepisset, officium ei erat, candidatos Magisterii ad solennia examina dissertatione emissa publice inuitare. Argumentum praebuit ei Theocritus, cuius carmen XV vsque ad versum 88. critica sua ratione pertractabat. „Sed in ipso statim introitu", inquit, „et quasi a limine video mihi esse discedendum a recepta interpretum opinione tum de tempore, quo Theocritus illud carmen composuerit eiusque consilio, tum de ratione, qua mulieres illae quasi in scenam prodeuntes, conuenerint"; atque infra: „Itaque Theocritus carmen XIV aliquamdiu ante annum 275 a. Ch. fecit; XVII autem carmen anno 271 aut 270 edidisse, et carmen XV aut paulo ante XVI aut non ita multo post composuisse putandus est." Reliqua non minore et acumine et doctrina aggressus est, ita vt, quocunque animum aduerteret, noua et rectiora et obseruaret et proponeret.

Sequenti anno CIↃIↃCCCXXIII, cum SPOHNIVS ab Ordine philosophorum Decanus esset constitutus, duo erant, quae dissertationem ex eo elicerent. Etenim matronae nobilissimae e gente illustri CARLOWITZIA de Academia Lipsiensi merita atque IOH. AVG. ERNESTII quondam Vniuersitatis suae et literarum, quas professus

*) Confirmatam sanitatem pie ei tum gratulatus est discipulus ornatissimus et gratissimus CAR. IVL. SILLIG Dresdensis sua De V. TIBVLLI *carminibus epistola critica*. Lips. 1822.

eat, decoris et ornamenti memoria apud Lipsienses orationibus quotannis celebrantur. Has quidem solennitates Decanus indicendas habet libellis duobus emissis. In vtroque lectiones Theocriteas continuabat, ita vt prius specimen amplecteretur commentationem de Adoniazusis Theocriti inde a v. 88 vsque ad v. 98., posterius inde a v. 99 vsque adv. 140. Quae ibi professus est de Ernestio, ea sibi nunc inscius scripsisse videtur: „Est hoc peculiare," inquit, „virtuti virorum, qui literis artibusque inclaruerunt, iisque promouendis de humano genere optime meruerunt, vt eorum memoriam neque aetatis diuturnitas neque temporum vicissitudines possint delere inter homines, vel apud eos certe, qui in eodem decertant curriculo, nulla vnquam obscura sit obliuio. Quidquid autem mortale, quidquid humanae debilitatis inhaeserit, sepulcro id omne abstergitur, vt ea tantum imago, quae perfecta et quasi diuina ad superas auras abierit, intuentibus soleat apparere." A munere Decani amplissimo mox abdicauit se, cum parum sibi placeret in negotiis primo susceptis, quae eum a fine, ad quem nunc tendebat, retinere viderentur.

Quamuis nullum tempus, si ab eo discedas, quo morbo oppressus iacebat, Spohnius a literarum artiumque tractatione vacasset; plures tamen iam anni effluxerant, quibus nihil de eius scriptis latius diuulgatum esset, nihil, quo Musas suas non obmutuisse, sed vigere adhuc et valere, remotis amicis significasset. Scripserat quidem de Tibullo et Theocrito, lectiones habuerat atque etiamnum habebat de Horatii Satyris et altera Odysseae parte, criticam palaestram direxerat et dirigere pergebat; sed haec omnia pertinebant ad vrbis et Academiae angustias, veluti punctum in circulo amplo, neque vero ad totum eruditorum orbem. Vt ab eiusmodi criminationibus saltem ex parte quadam sibi caueret, edidit alterum volumen commentarii in Ieremiam vatem, quem pater, florente aetate rebus humanis ereptus, paene absoluerat. Haec est editio illa, quam inde a tirocinio per viginti annos suppressam ei asseruauerat aetati, qua aptior esset ad patris merita suis aequanda. Paucis sane est datum, patrias virtutes superare; hicce maior fuit suo patre. Non acquiescebat in eo, quod reperiret; imo vero haud raro adiiciebat manum eliminantem nec pauca de suis afferebat, licet nuspiam professus sit. Ne in Hebraicis quidem, Chaldaicis, Syriacis, Arabicis haesit neque in aliis, vt persuadeas tibi, nunquam eum theologi egregii personam, quam prius susceperat, deposuisse. Elegantissimis verbis hoc opus comiti ab Hohenthal V. E. patrono de eo meritissimo pie inscripsit, quo loco spem faciebat editionis aliorum etiam in LXX commentariorum e schedis patriis suaeque *Geographiae fabulosae*, quam, si adhuc in viuis esset, nunc fortasse eruditorum desideriis decenne opus concessisset.

Inter amicos Spohnii non pauci erant, qui eum tum praesentes tum absentes iterum iterumque rogarent, monerent, stimularent, quo certius a studiorum nimia, putabant, assiduitate et seueritate ad liberaliorem vitam flecterent, vt rei domesti-

cae etiam prospiceret, atque vxorem duceret. His non importunum se gerebat, cum nosset aliquando, quid sit amare; constanter tamen per iocum reponebat, non sufficere sibi tempus, vt de tali re cogitaret. Atque nolebat, quamdiu iuuenis esset, rebus vxoriis distrahi. Nunc tempus est laborum, aiebat; nunc discendum, disceptandum, docendum, scribendum; prius communi vtilitati prospiciendum, quam domesticae; praestat libros, in quibus mens sit, procreare. Amico scribebat: *„Haben Sie eine Jungfrau gefunden, die Ihrer Liebe würdig ist und sie zu vergelten weiss; so thun Sie es in Gottes Namen. Zwar werden Sie in wissenschaftlicher Hinsicht manche Abhaltung dadurch haben und, wenn Sie noch nicht gewählt haben, so lassen Sie es ja noch anstehen: aber haben Sie es; so lassen Sie sich auch nicht abhalten."* Deerat etiam, cum negotiis sibique tantummodo viueret, occasio, vt ipse profitebatur, ad cognoscendam talem, qualem sibi sociam per vitae curriculum adiunctam cuperet. Etsi non fugiebat, certe non quaerebat sodalitates atque feminarum puellarumque conuentus et colloquia, quae animum non attendere possent, sed detendere et distrahere et effeminare. Ceterum de matrimoniis ineundis valde dissentiebat a vulgari ratione. Diuitiarum splendor opumque copia minime omnium eum alliciebant, neque gratiam appetebat, cum reliquae virtutes eaeque primariae deessent. Ac sic fere res se habet. Si cupis vxorem, noli eam apud tibias quaerere, ne fucatam faciem cum fucata anima amplectaris. Satius est, auersis oculis attendere aurem, vbi aliquam sentis sororculas colere, vel in atrio rei familiaris curam gerere. Ceteroqui domestica salus, vt SPOHNIVS iudicabat, datur magis, quam comparatur. Sic rescribebat amico iuniori, cum nuptias suas ei indicasset: *„Ich selbst würde es gethan haben, wenn ich Liebe gefühlt und erhalten hätte. Ob ich es jemals thun werde, hängt nicht von einer Grille sondern von einer höhern Hand ab, welche dem Menschen, der Alles andre eher erstreben kann, allein dieses höchste Glück gewährt — oder versagt."* Quum aetate prouectior esset, irrepsit in animum nescio quae formitudo et iudicii his in rebus seueritas, ita vt hoc ipso anno, quod de se consilium ceperit, non dissimularet his literis: *„Ich fühle Ihr häusliches Glück um so tiefer, da es mir in meinen Verhältnissen nicht möglich wurde, selbst bis jetzt es zu finden — und es mir vielleicht von der Hand, die Alles leitet, versagt scheint. Denn mit den wachsenden Jahren wächst die Bedenklichkeit und Sorge, und so schwindet Jahr nach Jahr, bis ich allein — einsam und verlassen* ἄκλαυστος, ἄφιλος, ἀνυμέναιος τὴν πυμάτην στείχω ὁδόν." — Res secus cecidit, non ita quidem vt non ἀνυμέναιος, sed ita vt non ἄφιλος, non ἄκλαυστος diem supremum obiret. Quum primum in thermis Egranis versaretur, innotuit ei virgo praenobilissima, cuius patrem Baronem DE SECKENDORF, virum literarum bonarum amantissimum, siue fallax Amor, siue Minerua sub vno tecto ei adiunxerat. Quod conceperat studium, mirifice creuit, cum denuo eadem in domo atque iisdem cum

incolis aquis illis vteretur. Non adeo literarum amore tenebatur, quin venustate et animi et corporis singulari aeque atque bonitate summa non caperetur. Hanc ardebat, si Deo O. M. placeret, in matrimonio habere.

Faustissimis ominibus SPOHNIVS primordia anni cIↃIↃCCCXXIII cepit. Studia Aegyptiaca egregie processerant atque sperabat, fore vt opus suum, cuius particulam primam mox editurus erat, REGI AVGVSTISSIMO et CLEMENTISSIMO, quod cupiebat, inscribere posset. Hunc in finem verba Aegyptiaca cum Latina interpretatione, quibus vteretur, in charta pie componebat. Sex lapides scriptis Aegyptiacis accuratissime repleti erant summaque diligentia correcti. Adiacebant papyrus et byssus Berolinensis, quorum literas a pictore in lapide scriptas iam in procinctu erat, vt emendaret. Die IX Ianuarii sponsalia faciebat sponsamque emissis chartis amicis significabat. Nihil ingratum erat praeter immaturam mortem CRAMERI, Theologiae Professoris Lipsiensis, sincerrimi amici et contubernalis Vitebergensis, qui paucis diebus ante SPOHNIVM obiit, scilicet vt viam ei in beatorum sedes praeiret. Cecidit aduersa sors. Die XIII Ianuarii morbo oppressus vir triginta annos et vnum natus ex hac vita discessit die XVII Ian., qui erat eruditorum admiratio, Academiae splendor, discipulorum exemplar, omnium exspectatio et desiderium.

SPOHNIVS defunctus non minus eminuit ingenii facultatibus doctrinaeque copia, quam animi virtute et probitate. Nihil dicam de scientia et artibus, quas perdidicerat, alienis a philologi, qualem nos nunc fingimus, persona. Varias vel omnes theologiae partes tractauerat; linguam Hebraicam bene, Arabicam aliasque Semiticas atque seriori tempore Copticam inprimis non male didicerat; probabiliter Anglice et Gallice loquutus est scripsitque, in Italicis literis etiam hospes fuit: sed haec atque alia cum aliis communia habuit. Subsistamus in iis, quibus, cum ad eius prouinciam proxime spectarent, eminuit. Inter omnes constat, philologi virtutes, si arctioribus finibus circumscribantur, cerni in cognitione Graecarum et Latinarum literarum, quarum humanitate et elegantia vt omnes ita iuuentus primum erudiuntur. Vtrumque genus arctissimis vinculis inter se coniungitur neque alterum sine altero recte percipi et excoli potest. Neutrum SPOHNIVS neglexit aut praecipuo studio fouit; retinuit veterem veluti consensum communemque necessitatem. Nullum fere exstat tum Graecae tum Latinae vetustatis monumentum typis exscriptum, quod non legerit, legendo excerpserit, emendauerit, ornauerit. Scholia et lexica Graecorum veterum omnia legerat, vnum Eustathium a capite inde ad calcem vsque ter tractauerat, pluries Homerum. Primariam operam impenderat de Graecis geographorum omnium atque poëtarum, Platonis nec non Xenophontis scriptis; de Latinis Horatio, Virgilio, Tibullo, Propertio, Catullo, Senecae philosopho et rhetori, Persio, Iuuenali, Quinctiliano nec non Ciceroni.

Linguae Latinae et Graecae intimos recessus perspectos habuit, vtraque egre-

gie loquutus est. Cum disputaret Latine, elegantissimis verbis vtebatur neque lingua vel paullulum haesitabat. Rapidi fluminis instar oratio e pectore profluebat. Inter colloquia, in quibus, cum maxime feruerent, totus mouebatur, erant et vocis modulatio et verborum delectus et oris oculorumque atque totius faciei habitus mirifica quadam suauitate affecta, ita vt virum nescio quem sanctum audire et videre crederes. Amabat genuinas verborum significationes atque facilitatem dictionis. Scribendi genus, quod magis ad Caesaris simplicitatem, quam Liuii Tacitiue breuitatem et Ciceronis vbertatem accedit, non dubito dicere perspicuum, purum, elegans, crebrisque luminibus distinctum. Linguam Graecam adhibebat, quando cum Graecis colloquebatur vernaculae linguae parum gnaris, qui Germaniam obirent, aut Lipsiae operam darent literis.

At haec quidem SPOHNIO non suffecerunt. Maximi sane facimus Erasmum, Reuchlinum, Scaligerum, Salmasium, Casaubonum, Hemsterhuisium, alios; nescio tamen, an mythologiam gentium veterum, geographiam, etiam archaeologiam historiamque adeo subtiliter et perfecte didicerint, vt cum SPOHNIO recte comparentur. Atque nullam fere aliam disciplinam, quae cum bonarum literarum intelligentia cohaeret, non quaesiuit.

Eius scripta praeter ingenium acutissimum summam diligentiam, quod peculiare habent, atque singularem doctrinam produnt. In vero disquirendo ne leuissima quidem negligebat, argumenta quaeque expendebat atque, siue probarent, siue reprobarent sententiam aliquam, enumerabat, nec facile, cum ei e scientiae thesauro vbique aliquid praesto esset, incerta et dubia relinquebat. Hinc accidit, vt fere nunquam cogeretur iudicium mutare, atque hoc, cum semper desidia et negligentia subesset, pro magno eruditorum dedecore habuit. Quo magis ipse critica pollebat, eo magis dolebat, cum diuina haec ars ab ingeniis parum eius capacibus aut lasciuis factitaretur. „Tantum abest“, inquit, „vt post tanta summorum virorum exempla et monumenta ars critica prudenter et caute nec nisi a peritis hodie exerceatur, vt saepenumero in libellis, qui criticorum prae se ferant et speciem et nomen, summa imis mixta deprehendas. Ita in iis, quae nuper de Homeri carminibus conscripta sunt, sic disputatur siue disseritur potius, ac si nemo quisquam mortalium simile quidquam vnquam ore protulerit suo, vt tum nouissime putes inuenta, quae iam ab antiquioribus et a priscis adeo grammaticis, scilicet neque lectis neque intellectis, manifesto sunt monita, tum quae iam pridem improbata et explosa sunt, nondum dicta, nedum refutata habeantur. In quibus pene nescias, vtrum eorum potius mireris et leuitatem et temeritatem et ignorantiam, qui, dum domi sibi plaudunt, *perituris parcere chartis* stultum esse opinati, leues eiusmodi hariolationes de rebus grauissimis proferant, an eorum, qui ferant, imo laudent.“ Ob eam caussam iterum iterumque discipulos monuit, vt ea potissimum sibi eligerent et seque-

rentur, quae naturae eorum maxime conuenirent, a reliquis sibi cauerent manumque abstinerent. Nihil temere sumebat, in emendandis falsis librorum lectionibus felicissimus erat, in scribendo varietatem amabat et plenitatem, haud raro, quod negari nequit, longius arcessebat, si locus esset nouae cuiusdam obseruationis. Ceterum quaecunque sibi vellet, ea simplicissime atque ita proferebat, vt restaret aliquid ad cogitandum et mente assequendum. Quum enim nimia tractatione et quasi palpitatione sententiarum succum et suauitatem ex iis exprimi putaret, nolebat lectores taedii molestiam suscipere pro animi oblectatione. Quantum eius fuerit nomen, duobus verbis significabo. Librarius honestissimus cum nouisset, SPOHNIVM instruere editionem carminum Horatii, atque vellet huius viri libro bibliothecam suam ornare, conuenit eum atque sponte obtulit pretium tantum, quantum nescio an in Germania quidem alii cuidam pro pari negotio persolutum fuerit vnquam. Felices se praedicant, quibus contigit, vt semel, bis, ter per totam vitam ab Academiis exteris aduocati sint; SPOHNIVM quatuor et decem vrbes splendidissimae nobilissimaeque, quarum nonnullas supra nominauimus, inter nouem annos, vt suum facerent, operam dederunt, quo honore nemo vnus, quod equidem scio, adhuc insignitus fuit.

Quaeres, qui factum sit, vt tantam doctrinae et eruditionis laudem habuerit, SPOHNIVS. Scilicet naturae bonitas ingeniique natiua virtus summa quaeque efficere possunt, eas autem non multum praestare sine assiduitate, neque assiduitatem quamuis diligentem sine arte quadam, quis est, qui ignoret? Primaria eius ingenii dos erat facilitas, quae faceret, vt, quocunque appelleret animum, in eo cum felici successu sine multa et laboris et temporis impensa versaretur. Memoria eius tenacissima vix satiari posse videbatur; cogitatio summa alacritate omnia discurrebat; quaecunque ei ob oculos vel internum lumen obducerentur, adeo minutissima obseruabat et perspiciebat; acutissime discernebat vera a falsis; facillime recordabatur. Audiui eum aliquando verba repetere, quibus non inhonorificis nouem annis ante me appellauerat, cum primum in eius notitiam venissem. Vnam naturae alacritatem et agilitatem studiorum seueritas subinde aliquantulum depauerat, nimirum, quo vberius aliae facultates iuxta residuas nascerentur. Quo maior enim est rerum, quas discendas habemus, copia, quoue minus per suam indolem animum alliciunt et flectunt ad meditationem liberiorem, eo magis ea animi vis obtorpescit, quae in nouis inueniendis et diserte proponendis cernitur. Qua de re bonum iis, qui, cum scientia nunc ambitu ingenti fere sit, maiori adeo in dies fiat, tantum vigoris animi ad literarum tractationem apportant, vt possint aliarum virtutum beneficio de hac aliquid subinde largiri. Praeterea constanter SPOHNIVS, cum altos spiritus in pectore gereret, promtus et paratus erat ad multa et magna suscipienda. Laborum

magnitudinem et grauitatem nihil curabat, quod, quanti aestumandum sit, ii dicant, qui vnius opusculi, in quo omnem operam collocent, meditatione beantur. Vix ac ne vix quidem reconualuerat corpus e morbo illo atrocissimo, quum, quae denuo ageret, breuiter his literis profiteretur: *„Meine Vorarbeiten sind* 1) *zum Tibull*, 2) *Properz*, 3) *Annales aeui Augustei (was nach einem ganz eignen Plane wird und historische Puncte oft berichtigen, oft neu hinzusetzen soll)*, 4) *zu Hesiodus und die Poësie und Cultur der Griechen illo aeuo*, 5) *Geographia fabulosa (*3 *Bände mit Atlas), wozu der erste Band im MS. fertig liegt)*, 6) *Geographi Graeci et Latini minores* (12—14 *Bände mit Atlas)*, 7) *Mythologie der Inder, Perser (worüber ich bald etwas schreiben werde) Aegypter (deshalb die Buchstab. Schr. Forschung und Entdeckung, um die Einwirkung auf Griechenland und Italien affirmativ und negativ ordentlich bestimmen zu können)*, 8) *Graecia antiqua*, 9) *Thesaurus geograph. vet. (lexicalisch)*, 10) *de arte critica I. u. II. (letzteres bald). Späteres — lebe ich dann noch — will ich nicht nennen.“*

Quominus incorrupta sanitate erat, eo magis constantia admiranda est, qua literarum studia tractauit. Ab haemorrhoide enim perennia ei mala et incommoda nascebantur, maxime verno et auctumnali tempore, quo praecipue laborabat alue suppressa. Atque adeo variabat eius valetudo, vt vna die nunc palleret, nunc albesceret, nunc vndique erubesceret facies modo cum dolore capitis, modo cum perfecta sanitatis opinione. Corporis conditionem negligebat atque amicis reponebat verba: *„So setzen wir das Leben ein, um es zu gewinnen.“* Vitae, quam degebat, haec erat ratio. Hora septima expergefactus ad lectionem librorum, qui ei pro studiorum ratione tractandi erant, atque ad breuem scholarum habendarum praeparationem se conferebat. Coenam breuem et frugalem, in qua abstinebat a vino et cereuisia et potu Indico, sequebantur repetiti labores atque ambulatio in suburbiis, cui quidem, nisi coeli tempestas et nimia negotia obessent, vnam horam dabat. Vespertino tempore vsque ad horam secundam et tertiam haud rarc diei sequentis matutinam scribebat aut in eiusmodi studiis erat, quae commotiori animo, vti fit post solis occasum, felicius procedunt. Nonnunquam accidit, vt, cum animus nimis excitatus esset, somnus cessaret; quo facto, iterum atque iterum egressus e lecto, ambulando corpus fatigabat vsque dum oculi, quod interdum diluculo demum orto eueniret, sponte sua occluderentur. Nihil fuit, quod eius vitae genus mutaret. Nonunquam conspiciebatur in hortis publicis aliisque in locis communi saltationi, potioni, vel epulationi patentibus, vt tempus tereret caperetque sensuum oblectamenta. Vnas suas delicias dictitabat per iocum herbam Nicotianam. Cum inuitationem ad conuiuium solenne concelebrandum honeste non posset defugere; cedebat tamque festiuus et iocosus aderat sodalis, vt cum maxima omnium delectatione

primarias partes ageret nunc disserendo nunc ludendo et fabulas facetiasque narrando, quod eo minus exspectare licebat, quo magis corporis infirmitas studiique seueritas animum ad seria et tristia compellere debebant. Musica valde alliciebatur atque cum voluptate frequentabat festiua, quae singulis hebdomatibus egregie aguntur per hiemes, acroamata. Fabularum actiones vt videret et audiret, si a paucissimis serii et satis digni argumenti discesseris, non tempus ei satis vacabat. Maxime omnium delectabatur suis studiis librorumque lectione. In libris coëmendis fere nimius erat et tanquam prodigus. Cum editione quadam indigeret, aut ad rarum opus comparandum occasio esset, rarissime deterrebatur pretio quamuis magno. Itaque factum est, vt SPOHNII bibliotheca multis libris iisque egregiis et exquisitis breui tempore abundaret cum aliis, tum iis potissimum in partibus philologiae, quas ipse sua arte coluit aut colere secum constituerat. Constanter aliquid agebat, quod diei breuitatem occuparet, siue editionem libri siue praeparationem materiae, quam tractaturus esset. Verissime scripsit amico: „*Ich werde wie gewöhnlich nicht fertig.*“ Mallem autem labores SPOHNII non ex iis diiudices, quos in lucem edidit, libris, sed ex iis magis, quos praeparauit, quorum quidem catalogum infra dabimus. E sedecim enim fere millibus foliorum constat bibliotheca eius manuscripta, quam deinceps vberius descriptam et eliminatam editurus fuit.

Operae pretium est memorare, quomodo SPOHNII studia comparata fuerint. Duo potissimum vidi, quae constanter obseruaret, laborum, quos suscepisset, perpetuitatem atque coniunctionem eorum, quae naturarum suarum affinitas quaedam intercedit. Ineptissimum iudicabat mutare et variare studia, ita vt modo haec modo illa suscipias atque a primo penso nondum exacto ad secundum tertiumue exigendum transeas. Cum linguam haberet addiscendam aut accuratius cognoscendam, sex pluriumue mensium tempus huic negotio impendebat. Cum librum Graecum, Latinum, Germanicum aliumue in manus sumeret, vno tenore perlegebat vel iterum, tertium. Cum quaestio esset instituenda, nulla re abstrahebatur. Quicquid adiret, non abibat, quin, quod vellet, perfecisset. Ea tantum non negligebat, quae officium ferret atque tunc demum operae continuationem per aliquod tempus intermittebat, quum nimia tractatione rei taedio se captum sentiret. Est interna necessitudo inter varios Graecorum Romanorumque scriptores aeque atque inter recentiores, quoniam sequiores priores secuti sunt poëtae poëtas, historici historicos, geographi geographos, alii alios. Hanc ob causam in tractatione veterum librorum ita versabatur, vt a scriptis similis argumenti antiquioribus procederet legendo ad recentiores. Praeterea multum valet ad rectam scriptorum intelligentiam singula certae aetatis cuiusdam scripta inter se comparare. Hinc SPOHNIVS, vt hoc afferam, omnes scriptores aeui Augustei vno fere tempore legit et relegit. In his omnibus

vtebatur exemplis merum textum exhibentibus, in quibus grauiora lineolis et signis variis notaret; quum vero nouam libri editionom et recensionem pararet, tot exempla cum scholiis et animaduersionibus conferebat, quot exstarent aut nancisci posset.

Studiis suis, quo celerius et commodius succederent, arte etiam succurrere voluit. Vtebatur mensa ingentis ambitus, quae artificiosissime ad eius mentem constructa erat. In hac erant machina ad libros erigendos et propius ab oculis sistendos, capsae aliae ampliores ad chartas geographicas capiendas, aliae angustiores ad manuscripta asseruanda, atque scrinia ad libros inprimis necessarios collocandos. Cogitauit etiam de machina addenda, qua odiosa indicum fabricatio sublevaretur. Nullius voluminis lectionem adibat, quin calamum ad manus haberet, neque vero vt, quaecunque ei in mentem venirent, excerperet et sine ordine et sensu confunderet, sed vt circumspecte disponeret, quae ipsius fini inseruirent. Scilicet virium suarum et eruditionis modum accurate computauerat neque ignorabat, quae partes scientiae philologicae emendatione atque subtiliori explicatione egerent, quosque libros sua arte ornare et vtiliores reddere, quorum vtique permagnus numerus erat, et posset et deberet. Haec sunt, quorum gratia inter legendum scribebat. Alia adnotabat in margine librorum, inprimis critica, alia in schedulis, nunc breuius, ita vt locos tantum et paginas afferret vixque duabus literis sententiam significaret, nunc fusius, ita vt textus partem exscriberet atque integras obseruationes literis mandaret. Egregie nouerat paucis multa innuere, qua in re ei seruiebant monogrammata, signa, literae atque verborum adeo varia transpositio, quo magis tempori parceret. Vna ei hora vel duae sufficiebant ad omnis generis acta literaria, quae legeret, excerpenda. Permagnus est librorum, qui eius notationibus repleti sunt, numerus, de quibus nominemus Hesiodi, Homeri, Platonis, Nicephori, Virgilii, Horatii, Tibulli, Ciceronis complures editiones.

Aduersariorum eius ratio haec fere erat. Libris, in quibus multa adnotanda essent, veluti lexicis doctrinarumque epitomis, inseri iusserat chartas vacuas, quo ex genere erant lexica Schneideri atque Schelleri maximum. Quae ad nouum opus pertinere viderentur aut marginis contractione capi non possent, singularibus in voluminibus anteá praeparatis aut in schedulis consignabat. Multa habebat eiusmodi volumina, alia forma quarta, alia maiori, quae singula singulis disciplinis, quas titulus indicabat, consecrata erant. Ex aliis prominebant ad latus alphabeta, aliis appendebant indices, quo facilius excerpta aut animaduersiones factae reperirentur. Schedae, quas inscripsisset, insidebant variis in capsis cum variis titulis. Eas data occasione in ordinem redigedat, redactas adhibito glutine in volumina supra dicta suis locis inferebat. Vix dici potest, quam apte et artificiose haec omnia com-

parata fuerint; atque sedecim millia, inquam, sunt folia variis formis, quae SPOHNIVS intra nouem vel decem annorum spatium, quo aliis laboribus plurimis iisque grauissimis atque morbis etiam diuturnis subactus erat, notationibus manu breui alia integra alia ex parte compleuit. At ne putes omnia eum literis mandasse in aduersariis suis et schedis. Pleraque significauit tantum, cetera memoria retinuit; ex quo fit, vt alii, cum SPOHNII mentem ignorent, his scriptis non tanto cum fructu aliquando vti possint, quanto ille, si placuisset Deo O. M., vsurus fuisset. Ceterum per totam fere Europam, quo eius studia non male iuuabantur, eruditos habebat amicos, quos Academia duplex et laborum confinia et famae propagatio ei iunxerant. Literas, quas accepisset, reponebat in capsulis papyraceis nec raro eum per totum diem a prima inde luce in rescribendo vidi occupatum. Hinc accidit etiam, vt omnes fere bibliothecae nobiliores, remotissimae adeo, vt Matridenses et Scorialenses, SPOHNIO paterent.

Non solum inter eruditos SPOHNIVS primarium locum tenuit, magistri etiam in Academia prouinciam egregie tuitus est. Duplicis generis sunt pro Academiae vsu, quas habuit, scholae. Aliae erant publicae, in quibus per vnam horam, quatuor diebus nunc Graecum librum nunc Latinum interpretatus est, aliae priuatae, quibus disciplinas singulares philologicas docuit. Inde a semestri hiberno a. CIↃIↃCCCXV explicuit Homeri Iliadem, bis Odysseam per anni spatium, ter Hesiodi opera et dies, Musaeum, ter Theocritum, Platonis Critonem, Isocratem, Dionysium Periegetam, ter Ciceronis orationem pro Marcello et Ligario, semel orationem pro Deiotaro, bis Horatii satyras, Virgilii Bucolica, quater Tibullum, quater geographiam Graecorum et Romanorum per annum, mythologiam Indorum et Persarum, ter criticam artem. Ceterum nouem collegia disputatoria atque inde ab anno CIↃIↃCCCXVII societatem criticam direxit. Decreuerat etiam, a quibus nimii labores eum impediuerunt, lectiones habere de summario philologiae, de archaeologia, literatura Graecorum Romanorumque atque de carminibus Horatii et Tibulli eo ordine, quo deinceps singula orta sunt.

In scholis, quibus oratione Latina eaque elegantissima vt eruditorum communi et Academiis digna vtebatur, omnem pompam inanem et vaniloquentiam et iactationem popularem fugiebat atque simplicitatem et perspicuitatem sectabatur. Scholarum SPOHNII eadem fere erat proprietas atque librorum, ita vt parem curam et subtilitatem, doctrinae copiam idemque ingenii acumen admirarareris. Solemus, quem primum nacti sumus aut vnum nouimus, commentarium aut doctrinae epitomen, in rebus, quas tractaturi sumus, plane noui, obiter inspicere, exscribere, ordinem caute mutare, immaturas obseruationes ex ingeniolo nostro aut lexicis hic illic addere, has dapes auditoribus proponere; aut de scripto di-

cere atque dictitando potius aurium et calamorum bonitatem corrumpere, quam ingenia exercere, doctrinam augere atque intellectum acuere. Nihil horum in SPOHNIVM cecidit. Exstiterunt nuper, qui Academiarum dignitatem et merita, si possent, publice calumniarentur eoque audaciae procederent, vt contendere non dubitarent, nostram aetatem propter librorum copiam Academiis supersedere posse. Hi profecto in Academiis aut non versati fuisse, aut lusisse vel corporis exercitio nimium quid tribuisse putandi videntur. SPOHNIVS duplex illud magistri munus et officium assecutus est, ita vt literarum studia promoueret atque eruditi hominis viuum ante oculos poneret exemplar, reliqua Academiarum commoda non impediret. Nonnisi ea in scholis tradebat, quae ipse antea tractasset; neque verbum auditoribus dicere audebat, priusquam in volumine omnia disposuisset, quae dicturus erat per semestre. Itaque non cum discipulis discebat neque ex iis erat, quos ille his verbis pinxit: *Das, was sie heute gelernt, das wollen sie morgen schon lehren. Ach was haben die Herrn doch für ein kurzes Gedärm.* Cum disciplinam suam antea perspexisset penitus et subegisset, poterat singula e toto, exordium e fine illustrare. Porro, quo rectius ipse institueretur, verum non ex vno libello, sed ex omnibus aut nobilioribus, qui ad eandem materiam spectarent, conquirebat, placita comparabat, argumenta expendebat, suamque sententiam formabat rationibus munitam. Hanc ob causam, quicunque eum frequentarent, non vnum magistrum, sed veluti multos audiebant. Atque hic est finis Academiarum, vt viri ingenii viribus pollentes, a negotiis vilioribus vacui, in suo quiuis literarum genere regnantes, adsint in ciuitate, qui verum vbique dispersum colligant, falsa dissipent, iuuentutem patriae spem erudiant miserabilique ignorantiae eripiant, qui morum humanitatem et literarum lumen alant, augeant, diuulgent. Nulla est terra, nulla aetas, quam barbaries sordida aut teneat, aut illabatur, quin Academiis aut nullis, aut a iusta dignitate deficientibus vtatur. Quaecunque SPOHNIVS auditoribus tradere vellet, ea duobus verbis in libello significabat; qua de re schedae eius quamuis materiam exhaurirent, formam imperfectam relinquebant. Pauca eaque grauiora dictitabat, vt discipuli summam haberent atque, cum tirones orationem longiorem non capiant, maiori cum fructu abirent; reliqua e vestigio dicebat. In his liberius et copiosius alia explicabat, alia confirmabat, alia applicabat in vitam et vsum, ita vt discipuli scirent, quo loco sibi incipiendum esset, quae obseruanda, quae vitanda, qua via procedendum in variis disciplinis et laboribus suscipiendis. Hoc quidem minime omnium in libris fit fierique potest. Aliquando vir perdoctus et valde laudatus Gymnasii Rector, cum de SPOHNIO audisset crederetque, vt *Seumius* ait, quemuis virum minorem suo nomine, in auditoribus eius fuit, vt praesens rem videret. Hic finita schola SPOHNIVM conuenit, profitetur, multa se exspectâsse, longe

autem longeque expectationem etiam superatam, non exhauritur laudationibus. Inprimis bene meruit de tirocinio, quod binis diebus per hebdomadem apud se disciplina philologica exercuerit. Egregie enim artem factitabat alios ad literarum amorem adducendi eorumque studia recte dirigendi, atque tantopere in singulorum commodo elaborabat, vt haud raro recensendis et emendandis dissertationibus, quae ei exhibitae essent, plures dies daret. Initio pauciores iustoque minus attentos auditores habuit. Cum enim de loco quodam aut capite libri ageret, prolixius disquirebat aliorum sententias, argumenta numerabat et ponderabat, librorum titulos et loca multa afferebat atque doctrinam exquisitam promebat. Ceterum cum corpore non satis firmo et docendi in arte — etenim docere etiam disci vult — nouus esset; deerant alacritas quaedam dictionis atque illecebrae immixtae, quominus plebeculae iuuenili, quae puluerem scholasticum nondum absterserit, omni ex parte satisfaceret. Postea monitus amicis, vt ab aliis sibi caueret, alia non negligeret, cum magis se ad iuuenilis aetatis captum et mores accommodaret, haud raro, inprimis seriori tempore, vno die binis ternisue horis ducentos discipulos, quod paucis concessum est, habebat ad humanitatem informandos.

Liceat nunc ad virtutis contemplationem nos conuertere. Si verum est, quod Xenophon dicit, *ἔργον καλὸν οὐδὲ θεῖον οὐδὲ ἀνθρώπινον οὐ γίνεσθαι* sine virtute et pietate, id verius fit Spohnii exemplo. Nam quod multi non satis nouerunt, hic confirmauit, neminem nisi bonum in literis suis artibusque vel negotiis fere excellere posse. Fuit, vt ille ait, *εὐσεβὴς μὲν οὕτως, ὥστε μηδὲν ἄνευ τῆς τῶν θεῶν γνώμης ποιεῖν.* Ad Deum O. M. totam vitam suaque omnia referebat, tum secunda tum aduersa, qua de causa cum aequabilitate quadam animi mala patientius, bona laetius ferebat, ratus illa proficisci a sapientia numinis, haec autem non a dignitate sua, sed gratia diuina. Vt verbo dicam, Christianum se gerebat. Quodcunque ageret, id spectabat, vt aliis prodesset, nec vnquam eum vidi suum commodum et vtile communi anteferre. Summa in eo erat comitas et bonitas, adeo vt rogantibus et petentibus ad quaesita libere responderet omnisque generis officia, si valeret, facillime praestaret, haud raro cum suo et rursus aliorum damno. Solebat adeo plura dare, quam rogatus esset. Huic bonitatis veluti vitio vt terminum quendam poneret, nonnunquam cautius et artificiosius secum egit, quod hae literae additae demonstrent: „*Unter meiner Sammlung von alten Codd. und Collationen findet sich das Exemplar von der Davisischen Ausgabe des Jul. Cäsar, welches vordem Alb. Fabricius besaſs und aus welchem Davis seine letzte Edit. in 4to und Oudendorp die seinige bildete. Da dieses Exempl. die sämmtlichen Gruterschen und Gudius'schen Collationen ad marginem geschrieben enthält, Davis und Oudendorp nicht nur sehr vieles falsch, sondern auch sehr viele und nicht unbedeutende var. lect. gar nicht be-*

nutzt haben, ist dieses Exempl. von einem merkwürdigen Werthe, da ohne dasselbe Oudendorp's Ausgabe ganz ohne fides ist. Z. B. der Buslidianus Oudendorp. ist blos ein error. — Niemandem lieber als Ihnen, da Sie über Caesar schreiben wollen, würde ich dieses Exemplar schicken, wenn ich nicht durch einen Eid davon verhindert würde. Denn als ich einige Codd. besafs, würde ich gleich von einigen Indiscreten gepeinigt, und Sie kennen meine Schwäche im Abschlagen. — Praesente — famulo habe ichs geschworen; wollen Sie Stellen zu Dutzenden nachgesehen haben, durch jenen, den ich ausgenommen habe, kann es geschehen." — Etiam quae ipse inuenerat noua et rectiora, cum rogatus esset, non sibi retinuit; parcius egit cum hominibus, quod genus aegre tulit, sciolis et arrogantibus et tumidis, qui ne verbum quidem ex eo elicere potuerunt. Tantopere veri studiosus fuit, vt mallet ad quaesita non respondere, quam mendacio fallere. Bibliothecam vnicuique aperuit atque etiam manuscripta sua et schedas libere familiaribus nonnullis per longius tempus, si cuperent, cessit. Quum moneretur ab amicis, ne iusto liberalius sua prodigeret, id reponebat sed modestissime, *pauperis est numerare pecus.*

Vt praestitit summa pietate, probitate et bonitate, ita impatiens fuit iniuriae et ingratae mentis. Virum perdoctum et sagacem, cum eum in puplica cathedra disputantem subtiliori argumentatione et voculae disquisitione lacesseret, durissimis verbis, allata voce et fulgentibus oculis, pessumdabat. Erat in discipulis iuuenis sciolus alioquin bonus, qui, quae in eius scholis noua et incognita adhuc audiuerat, in lucem ederet impolita et incomta ne recte quidem percepta, suppresso Spohnii nomine, eoque impudentiae procederet, vt eum librum, nunc magnopere a nostratibus laudatum, Spohnio inscriberet. Haec ille licet tacitus, pessime accepit. Ipse omnibus gratissimam habuit mentem; quiqui bene de eo meruissent, iis tantopere studuit, vt occasionem quamque captaret, qua nisi remunerare beneficia, certe gratam memoriam testari iis posset. A matre iam senescente, quam valde diligebat atque amicis, quoties scribebat, toties commendabat, non discessit cubitum, quin eius manui, vt quotidie significaret, sibi nondum, qualia et quanta ei a bimulo inde inprimis deberet, excidisse, oscula iungeret. Quam tenero autem animo fuerit subtilique sensu, id factum loquatur, quod, quamuis vile et memoratu vix dignum, valde me quidem cepit. Quo tempore munere publico adhuc vacabat, coenauit apud eum iuuenis quidam honestissimus, qui auditorium curauerat, proximo die Lipsia discessurus. Hic, quem sibi deditissimum sed parum obsequiosum in accipiendis suis munusculis sciebat, simpliciter bonoque animo narrat, quam difficilem passim prouinciam eius auctoritate habuerit. Quae simul atque audiuisset Spohnivs, abit aliquid notatum, vt ait, breue tempus a tabula. Valedicenti in manus ingerit literas, de quibus videret, cum domum venisset. Rogabat in epistola, quae iuueni ipsi inscripta erat, vt absens etiam se amare perge-

ret, atque vt vellet aureos additos signa sui erga eum studii accipere, nollet autem suam exspectationem fallere.

Spohnivs non plane auersus fuit, si quaeris, a superbia quadam et nominis affectatione. Sed cum in literarum Vniuersitatibus passim cathedrae splendor veluti pro augmento salarii haberi debeat, cumque intersit aliquid inter homines vtut diuites auro vel mercibus atque literarum humanitate eruditos, cum denique hoc stimulo vbique egregiorum operum prouentus incitetur; vellem id magis in virtutibus eius numerari, quam vitio ei verti. Non raro accidit, vt, qui primum aut obiter eum inuiserent, despectos et neglectos se crederent ab eo. Erectus incedebat, parum obseruabat, qui ei obuenirent, nonnunquam parcior erat in appellando et respondendo. Cum in munere Academico esset, difficiliorem et grauiorem se gestabat. Offendebatur, si non pro personae suae dignitate aestumaretur, neque auertebatur, si bene audiret. Nomina Academica non parui pendebat, qua de re, vt hoc exemplum afferam, amicum plures per annos monuit, ne differret summos in philosophia honores ambire. Quum ei aliquando liber recens in lucem emissus, qui rem Aegyptiacam explicuisset, ingenti praeconio traderetur, dolebat operam suam esse perditam, antequam fumum esse venditum videret. Qui praesente eo errarent, aut ignorarent aliquid, eos libenter corrigebat et informabat iubebatque cum in epistolis tum colloquiis nonnunquam, quod dicunt, paullo nimis lucere lumen suum. At vero haec omnia simulate magis, quam vere prae se tulit. Nescio enim quae formido et improbatio sui in eo insidebat, quae in magnis hominum ingeniis reperitur. Paullo fortiorem et seniorem se facere quam pro rei veritate solebat; scilicet, ne impudentia, quae dignitatem quaereret in habitu externo et annorum numero, vano cuidam ludibrio adesset. Paucis enim contigit, quod Spohnio, vt sciebat, concessum erat, vt iuuenes fere in Senatum Academiae reciperentur vel ad pubertatem vix profecti nobilissimae iuuentuti non multo iuniori literarum sacra haberent publice aperienda.

Nemo de se modestius iudicauit, quam Spohnivs ipse. Cum in scholis publicis sententiam suam dicere deberet, id paucissimis verbis mutato vocis accentu fiebat nec raro, si obstarent argumenta nondum remota, merum suum „*vielleicht*" addebat. Placita collegarum in Professura, quae afferret, non vnquam iudicabat publico examine atque tantum aberat, vt eorum auctoritatem aut conuiciis palam factis, aut ironia salsa atque obscura imminueret, vt, quam bene de literis meruissent, honestissimis appellationibus significaret. Nunquam cum Professore, qui colloquium publicum instituerat, sua sponte certamen iniit. Victus erat, si quis inter exercitationes criticas confugeret ad Hermannvm aut Schaefervm; „contra Hermannvm, dictitabat, et Schaefervm non disputo.". Quando praesente Professorum corona dicendum ei esset, demissius ac paene haesitanter verba faciebat. Proprium dicitur hominum cri-

:orum, cui adsuescimus iudicii seueritate et ingenii acumine, morose et austere cum iis agere; hic totus constabat ex humanitate, comitate, liberalitate, probitate, oque exemplo decuit, nugas etiam et antiquas ineptias per ora hominum volitare. ıctoritatem suam tunc demum interponebat, vbi agebatur de inueteratis erroribus : animo delendis, de procacitate frenanda insciaque petulantia ad meliorem frugem ducenda.

Singularis gratia et nescio quid in SPOHNIO fuit, quod efficeret, vt omnes, qui ım inuiserent, mirum in modum ab eo caperentur, siue eximius animi morumque ındor, siue orationis vocisque suauitas siue obscurior ingenii virtus. Noui Profes- ırem Noua-Cantabrigiensem, qui, quem sua Academia frustra euocasset, conueni- ;t, quum obiret Germaniam. Neminem tam magni faciebat, tam admirabatur, tam mal..t, tam laude tollebat, quam SPOHNIVM. Anno CIↃIↃCCCXIX ab Academia ele- :us est, qui *Principi Augustissimo* aduentum Lipsiae, postea nuptias celebrandas pie raesens gratularetur. In eius habitu et gestu obseruabant aequabilitatem et decen- ıam, e vultu prospiciebat sublime quid et nobile et regium, modestia pia et quodam olore demisso temperatum. Videbatur, quod morborum grauitas reliquerit, de le- itate hominum et peruersitate dolere. Haec quidem imago supra exposita, quae tiam paullo crassiorem eum pingit, exprimere non voluit, quippe post mortem eius elineata. Pallor per faciem diffusus eum haud turpabat, imo oculorum lumen ful- entius reddebat. Inimicos habuit nullos, amicos omnes. Si vni succensuit, id ac- idit per breue tempus neque suam sed amici et familiaris ob causam, quem non satis ro muneris grauitate eiusque pietate et meritorum copia tractatum videret. Quanto mnes eum amore prosecuti fuerint, id licuit eo tempore cognoscere, quo malis sub- ctus iaceret. Non enim de eo valuit, quod in prouerbio est: *Donec eris felix, mul- is numerabis amicos; nubila si fuerint tristia, solus eris.* Quotidie ad eum recurre- ant amici de valetudine eius quaesitum, inprimis duumuiri principes *a Schwarzen- erg*, quamuis nemini, cum ob vocis defectum bimestrem et febris furorem ad quae- ita respondere non posset, aditus ad eum pateret. Cum reualuisset ac subinde in ra hominum praeter omnem exspectationem rediret; omnium in se oculos defigebat, uod etiam his literis amico professus est: „*Rührend war mir die grosse Theilnahme, ie mir erwiesen worden ist, namentlich die sehr allgemeine der Studierenden, als sie ehört hatten, dass es bedenklich sey. Und als ich zum ersten Male wieder um die tadt ging, wo die innige Freude, mit der so Viele stehen blieben und mir ins uge sahen, auch wohl laut sich äusserten, mich so rührte, dass ich ins Freie mich ent- ernte.*“

Mortis SPOHNII, quae incidit, vti dictum est, in d. XVII Ianuarii a. CIↃIↃCCCXXIV, ausam mallem in aliis, quam iis quaerere, quae proxime eam antecederent. Priori

enim morbo, quamuis feliciter superato, corpus infirmitatis et imbecillitatis quid traxerat, quo facilius mala in eum intrare possent. Cum eum Academia elegisset, vt communibus de patriae salute deliberationibus per mensem Februarium interesset; summa assiduitate in eo elaborabat, vt principibus, quod pollicitus erat, volumen chartarum lithographicarum ex opere Aegyptiaco proponere posset. Atque incredibile est dictu, quantopere gauisus sit de Aegyptiacis suis studiis, quibus tot annos, tot vires consumserat. Cum ad scripta Aegyptiaca se contulisset, ab iis se abstrahi non patiebatur. Iam decima septimana effluxerat, ex quo emendare et expolire coeperat literas Aegyptiacas lapidibus inscriptas. Tam religiosus erat, vt singula quaeque signa non semel, sed bis, ter, quater cum papyris chartisque Aegyptiacis compararet nullumque intactum sineret. Sua sponte intelligitur, quanto hoc fuerit intestinorum detrimento. *„Es ist,“* inquit, *„eine kaum glaubliche Mühe. Zur Revision und Bearbeitung einer Zeile hat man einen halben Tag nöthig, da die höchste Genauigkeit da seyn muſs.“* Non paucae erant tabulae, quae sex millia literarum continerent. Itaque ab aliquo tempore questus erat, se denuo mirum in modum viribus destitui, corpusque marcescere.

Quatriduo post sponsalia, quatriduo ante obitum e spatio redux, in quo frigus contraxerat, subito inflammatione coli corripitur tanta cum vehementia, vt non multum abesset, quin vno die saluus mortuus esset. Subinde cedit malum, redit vehementius cum cruciatu vehementiori die XVI. Media nocte perterritus vrbis incendio, campanarum sonitu hominumque accelerantium strepitu matri acclamat: *„Mutter, das ist meine Sterbenacht.“* Mox inclinat febris, remittit dolor atque SPOHNIVS voluptate quadam paene diuina capitur. Vnum sibi infaustum esse animaduertit, quod medici operam festinant atque desperationem non dissimulant. Hinc innuit matri atque reliquis, vt abirent. Vnum medicum sibi amicissimum retinet, quem obsecrat, obtestatur pro virium, quae restant, modulo, vt dicere velit, actumne sit de se. Nimirum nolebat ex hospitio suo licet breui nec raro tristi exire, quin valediceret. Ille non negat. Hoc nihil perterretur. Nullius prauae actionis sibi conscius erat per totam vitam neque de vita futura, quam ignoramus, anxie quaesiuerat. Cuicuimodi fata nos maneant, bona credebat; exspectabat pietatis praemia atque animae immortalis salutem. Itaque matrem aduocat, multa verba facit de bonis, quibus se a prima inde aetate cumulasset, de eius cura inter morbum longissimum illum atque hunc suum nouissimum, gratias agit, rogat, ne careat solatio. *„Sey ruhig,“* inquit, *„und getrost, du bist Christin.“* Hoc vnum dolet, se tot beneficia non reddere posse. Memorat homines sibi caros atque, aduentante morte, desinit in verba: *„Mutter, gute Nacht.“* Obmutuit. Sic obit diem supremum, vt nemo eum exspirare sentiret.

Medici, sectione corporis facta, omnia salua et integra repererunt, excepto pulmone altero, quem adesum viderunt et concretum, sed curatum, raro, vt puto, phthiseos sanatae exemplo. Funeris exsequias amici et discipuli magno numero prosecuti sunt atque, oratione habita, naenias ad tumulum cecinerunt.

Senties, bone lector, qualis viri iactura facta sit mortis seueritate. Lugent amicum amici, sponsum sponsa; luget iuuenem filium mater septuagenaria, cuius lacrimae vix sanguine prius exarescere posse videntur; luget Academia, quae decus praecipuum amisit; luget patria, quae ciuium lumine et exemplo orbata est; luget eruditorum orbis, qui, quot ab eo accepit, tot frustratus est literarum ornamentis; lugent pii omnes et boni atque timent, vt non deficiat virtus praemiis suis decepta illecebris, quo magis a se deterreat et rarius in his terris colatur. Certe, vt in albo discipuli scripsit, *vita non est imperfecta, si honesta est; vbicunque desines, si bene desinis, tota est.*

15) Huc spectant complures partes geographiae veterum descriptae vsque ad annum 1820 in Encyclopaedia Erschio-Gruberiana atque librorum recensiones nonnullae in ephemeridibus literariis factae.

---

16) De lingua et literis veterum Aegyptiorum etc.

† Singula manuscripta et chartae Spohnii enumerantur in praefatione ad operis editionem.

17) Hesiodi opera et dies e vett. grammaticis notat. et optimis MSS. recensuit etc. Editio maior.

† Huius libri vsque ad folium sextum typis iam exscripti editionem fore vt continuet God. Hermannvs, speramus. Accedent auctore Spohnio dissertationes de aetate Hesiodi et reliqua prolegomena, quorum saltem fundamenta iacta sunt.

18) Homeri Odyssea.

† Hanc voluit, cum Wolfii recensio parum ei satisfaceret, denuo recensere atque additis prolegomenis, quibus singulae diuersorum auctorum partes indicarentur, domicilia aetate Homerica et alia eius generis describerentur, amplo commentioro instruere. Huc pertinent volumen ms. in scholis adhibitum, variae lectiones e Cod. MS. ad l. XXIV, editiones Odysseae notulis distinctae, versio metrica Germanica libri IX aliarumque particularum, dissertationes atque aduersaria critica, archaeologica et alia reperta.

19) *Lectiones Theocriteae.*

† Schedae collectae, e quibus nonnulla in spec. I. II. III. editis reperiuntur, spectant ad magnam carminum partem; ad plurima idyllia pertinent animaduersiones in duobis exemplis Theocriti scriptae.

20) Additamenta lexicorum Graecorum.

† Exstant haec ingenti numero partim in voluminibus quibusdam ligatis, partim in lexicis ipsis, praesertim Schneiderianis duobus. Constant e vocabulis recens inuentis atque correctionibus et distinctionibus significationum vocabulorum.

21) Additamenta grammaticae Graecae.

† Obseruationes grammaticas consignauit Sp. in variis grammaticis aliisque libris, praecipue in duobus voluminibus schedisque fere innumeris.

22) Geographi minores duodecim voluminibus comprehensi.

† Quem apparatum his congesserit Sp., profitetur in editione Niceph. Blemm. p. 2. Serius accepit ab Vhdenio schedas Holstenii ad Stephanum Byzant. aliasque tum huius viri, tum aliorum permultorum variantes lectiones, a Ruedigero Gymnas. Frib. Rect. dissertationem de Heraclide Pontico, a Wernikio defuncto, Schaefero aliisque haud pauca, exemplum Pomp. Melae cum variantibus Codd. duorum a Vossio collectis atque alia multa cum aliorum notis manuscriptis, animaduersiones Gerardi, Falkenbvrgii, And. Heringae, Ioh. Avg. Ernestii, Frid. de Fvriae, aliorum. E scriptis Sp., quorum pauca sunt, nomino indices geographicos, dissertationem de Dionysio, notata ad Nicephorum aliorumque exempla atque schedularum, cum variis obseruationibus distinctarum haud exiguam copiam.

23) Annales siue historia literaria aeui Augustei.

† Quae huc in finem Sp. congessit, cohaerent cum iis, quae ad librorum sequentium editiones pertinent. Scilicet viderat, singula huius temporis scripta accurate cum rebus gestis principum fatisque reipublicae Romanae atque auctorum connecti, quod, cum apprime faciat ad rectam eorum interpretationem, singulari disquisitione eruendum putauit. Hoc opus amplissimum, si perfectum fuisset, contineretur septem octoue voluminibus. Praeparatae sunt tabulae chronologicae a. 686—754 scriptorum locis permulttis refertae, vita Maecenatis, quae valde a Massonii traditis recedit, vitae Horatii, Virgilii, Tibulli, Ouidii, Messalae, Propertii, Asinii Pollionis breuiter descriptae, alia minoris pretii. Iuuat addere, Sp. horum causa carmina

32) **Geographia Graecorum et Romanorum.**

† **Liber manuscriptus tripartitus, facta introductione, tractat primum geographiam mythicam, hinc historicam a Herodoto inde vsque ad Eratosthenem (440—272), denique mathematicam, partim geometricam vsque ad Maximum Tyrium (272—150 p. Chr.), partim astronomicam.**

33) **Mythologia Persarum et Indorum.**

† **In volumine Sp. permulta scripsit, quae a communi disciplina recedunt, suo ingenio inuenta, ad quae Rothivs tantum partim propius adspirat.**

34) **Scripta permulta, vt varii argumenti, ita varii pretii et ambitus, alia breuius in schedulis, alia paullo accuratius exarata, de quibus memorandae sunt orationes duae, altera de geographia, altera de mythologia agentes.**

LIPSIAE

IMPRESSIT GVILIELMVS STARITZ.

FRID. AVG. GVIL. SPOHN

LITT. GRAEC. ET LATIN. QVONDAM PROF. P. O. IN ACAD. LIPS.

DE

NGVA ET LITERIS VETERVM AEGYPTIORVM

CVM PERMVLTIS TABVLIS LITHOGRAPHICIS

TERAS AEGYPTIORVM TVM VVLGARI TVM SACERDOTALI RATIONE SCRIPTAS

EXPLICANTIBVS

ATQVE

INTERPRETATIONEM

ETTANAE ALIARVMQVE INSCRIPTIONVM ET ALIQVOT VOLVMINVM PAPYRACEORVM

IN SEPVLCRIS REPERTORVM

EXHIBENTIBVS

ACCEDVNT

GRAMMATICA ATQVE GLOSSARIVM AEGYPTIACVM

EDIDIT ET ABSOLVIT

GVSTAVVS SEYFFARTH

IN ACAD. LIPS. PROF.

PARS SECVNDA

PRODROMVS

CVM XII TABVLIS LITHOGRAPHICIS

LIPSIAE

LIBRARIA WEIDMANNIA

MDCCCXXXI

Ars longa, vita breuis est.

PRAEFATIO.

Quum grauissimum opus de lingua et literis veterum Aegyptiorum a beato Spohnio inchoatum e collectaneis defuncti amici edendi atque ita, vt ei propositum erat, absoluendi officium in me susciperem; vix praesagiui animo, hoc literarum genus tantas interpretationis difficultates offerre, quantas subinde inueni. Opinione ducebar, linguae Copticae, qualis in Grammaticis nostris et Lexico Woidiano docetur, ope atque viginti quinque literarum Aegyptiarum, simul atque cognitae essent, auxilio totam huius gentis literaturam intelligi atque explicari posse. Qua in re magnopere falsum me esse lubenter confiteor. Quicunque, inventa inscriptione Rosettana, immodicas eiusmodi expectationes mecum aluerint, vel ex eo, quod ad hunc vsque diem nemini contigit, vllius tituli Aegyptiaci explicationem grammaticam ac philologicam praestare, discant, quantum absit, quin literae Aegyptiacae ad exemplum Graecarum vel Latinarum doceri possint. Quo diutius et diligentius cum Musis meis Aegyptiacis operatus sum, eo magis intellexi inertiam nostram atque fragilitatem. Vidi enim omnia ea, quae adhuc de literis Aegyptiacis disputata sunt, quamuis multa singularia veluti particulas terrae incognitae bene illustraverint, parum sufficere ad totum ambitum et naturam literaturae Aegyptiacae cognoscendam, partim permultis erroribus referta ad errores abducere, atque ego meas ipse sententias, profiteor, passim non semel, sed iterum iterumque mutare debui. Leges

autem, quas Aegyptii in scribendo secuti sunt, non nisi summa cum difficultate enucleari possunt, nec mirum est, eas cum obscurissimis placitis philosophicis et mythologicis, cumque moribus et vita huius nationis intima cohaerere. Ipsa scripturarum elementa siue literae, quum in tribus scribendi generibus sint diuersissimae, in vno quoque numerosissimae, summam interpreti praebent difficultatem. Praeterea persuasum mihi fuit, literas Aegyptiacas sine interiori ac familiari linguae Copticae cognitione absque comparatione et vsu manuscriptorum Aegyptiorum plurimorum a nemine feliciter tractari posse.

Quae quum ita essent, variae quaestiones mihi instituendae fuerunt, quibus, quamuis ad opus Spohnianum non pertinerent, viam mihi munirem, atque apparatulum meum Aegyptiacum quammaxime augere debui. In itinere longissimo per Italiam, Francogalliam, Britanniam, Bataviam Germaniamque, quod regia gratia suscepi, successit mihi, vt Musea Aegyptiaca tum publica, tum priuata, atque bibliothecas Copticas adire, examinare iisque penitus uti possem. Vbique locorum nactus sum fautores ac patronos summa pietate colendos, neque unquam in me delebitur memoria virorum, qui Venetiae, Mediolani, Taurini, Genuae, Florentiae, Romae, Neapoli, Lugduni, Parisiis, Londini, Oxonii, Cantabrigii, Lugduni Batavorum, Francofurti, Monachii, Vindobonae, Berolini aliisque in urbibus studiis meis liberalissime succurrerunt. Felicissimus fui in scrutandis bibliothecis Copticis. Inueni enim libros permultos grauissimi argumenti parum cognitos, atque collegi vocabula nunc Memphitica, nunc Thebaica, nunc Baschmurica noua tam multa, vt integrum Thesaurum linguae Copticae instruere possem. Vocabularium meum Copticum, quatuor voluminibus amplissimis constans, decem fere millibus vocabulorum verborumque significationibus diuitior est Lexico Scholtziano, quod, si Deo O. M. placuerit, aliquando in lucem edam. In Museis Aegyptiacis ita versatus sum, vt omnia, quae studiis meis vtilia ac necessaria essent, siue literaturam, siue historiam, chro-

nologiam, mythologiam, astronomiam, aliasque disciplinas illustrent, nunc describerem, nunc impressionibus exciperem. Haec mea bibliotheca Aegyptiaca, undecim millibus et quod excurrit particulis constans, plurimum mihi profuit in instruenda Grammatica atque Vocabulario Aegyptiaco et demotico et hieratico et hieroglyphico, opere amplissimo trium voluminum.

Absolutis his laboribus, longissimis et molestissimis, qui ampliori literarum Aegyptiacarum tractationi praemittendi esse videbantur, iam eo perueneram, ut opus Spohnianum cum commentariis et dissertationibus cumque grammatica et vocabulario promissis edere possem. Quae quum agerem, iure ac ratione persuasum mihi est, hac nostra aetate neminis esse, tam vastum tamque sumtuosum opus typis describere. Quis enim non lugeat mecum hanc nostram aetatem, qua per totam fere Europam Musarum sedes constantibus turbis et sollicitudinibus vexantur; qua omnium ordinum homines non artibus bonis, sed disceptationibus politicis continuis detinentur; qua ingenia humana rectius actis diurnis scriptisque leuibus, quam antiquitatis studio erudiri creduntur; qua, religionis solatio paene amisso, animi hominum mortis appropinquantis metu explentur; qua literarum artiumque bonarum cultores non augentur numero, sed quotidie minuuntur; qua parum abest, quin antiqua barbaries in mediis terris Christianis reuiuiscat? Quae quum ita sint, necessitas mihi imposita erat, aut differendi in aliud tempus forte longissimum emissionem reliqui operis Spohniani, aut breuissima manu ea tantum nunc edendi, quae facerent ad intelligentiam prioris voluminis iam editi. Neque haesitaui, quid mihi agendum esset. Quum enim a multo inde tempore tum publicis tum priuatis scriptis excitatus essem, partim vt tabulas lithographicas, quas beatus Spohnius promisit, ederem; partim, vt breuiter exponerem, quid amicus defunctus de literis veterum Aegyptiorum inuenerit quaeque propria eius sint merita; hoc saltem officio longius supersedere non debui.

Scio, hoc opusculum valde imperfectum, mutilum et mancum atque incommodum esse. Nihil enim in eo est, quo tot papyri atque inscriptiones ipsae illustrentur. Quamuis in commentariis Spohnianis, quae ad has duodecim tabulas spectant, multa desiderentur, multa parum recte exposita videantur; non licuit mihi, nisi indicare, ad quos titolos pertineant singula illa interpretationis specimina in primo volumine edita, suppressis omnibus meis obseruationibus. Multum iuuasset, singulas inscriptiones Aegyptiacas in particulas suas diuidere atque ita denuo conscribere, vt quoduis vocabulum suam secum haberet et pronunciationem et translationem. Maxime vero dolendum est, in indice vocabulorum, formarum grammaticalium, numerorum et literarum, quas beatus Spohnius explicuit, vocabula literasque Aegyptiacas addi non potuisse. Quare qui altius in literaturam Aegyptiacam inquirere student, id agant, ut, comparandis inscriptionibus cum commentariis Spohnianis, tot literas Aegyptiacas pro uno vocabulo sumant, quot latinae in commentario reperiantur coniunctae. Qua in re iuuabit, obseruare intervalla, quibus scribae Aegyptiaci ipsi vocabula inter se distinxerunt, atque comparare inter se verba plus semel in eadem inscriptione occurrentia. Quo facto recte iudicari poterit de vocabulis, formis grammaticalibus, numeris atque literis omnibus, quarum potestatem Spohnius definire studuit.

Missis his vitiis licet grauissimis, spero, hunc prodromum multis neque inutilem neque ingratum fore. Habes enim iam tecum, lector benevole, bibliotheculam quandam Aegyptiacam summa cura descriptam summaque fide dignam. Quamquam exempla Aegyptiaca plurima iam prodierunt nostra aetate, nullum tamen vidi bene et accurate descriptum. Quo ex genere ne excipi quidem potest, pro dolor, vt autographa conuincunt, opus elegantissimum et pretiosissimum a societate literaria Londinensi editum, cui titulus est *Hieroglyphics*. Quicunque non suis oculis titulos Aegyptiacos iterum iterumque lustrauerit nec sua manu centies easdem literas exprimendi periculum fecerit, eum inscrip-

sistat systema Aegyptiacum a Spohnio inuentum et quale sit. Demonstrandum mihi fuit, quid ille de lingua in monumentis Aegyptiacis expressa habuerit, quas leges scribendi inuenerit, quaenam vocabula tum demotica, tum hieratica et hieroglyphica, quas literas quaeque numerorum signa, quas formas grammaticales explicuerit. Iam facilius erit, de meritis Spohnii iudicare et, quaecunque lucubrationibus defuncti amici Aegyptiacis euenerint, uno quasi obtutu concipere. Etiam de via et ratione exposui, qua Spohnius in his studiis vsus est, atque, vbi recte, vbiue audacius processisse et aberrasse videatur, paucis indicaui.

Ceterum multum abest, quin credam atque contendam, Hieroglyphicen, Vocabularium, Grammaticam Aegyptiacam a Spohnio inuentam esse perfectam et absolutam vitiisque et erroribus carere; imo persuasum mihi est, in his voluminibus duobus magis peccatum esse, quam in reliquis recentiorum scriptis, quae de literis linguaque veterum Aegyptiorum disseruerunt. Collectanea enim Spohniana, ex quibus haec edidi, vt officii erat, sine delectu et critica, minime ad emissionem matura beatus amicus ipse iudicauit. Praeterea de scriptis Aegyptiacis fide dignis, claris et adiutoriis ille iusto pauciora examinare suumque in usum conferre potuit. De tot inscriptionibus bilinguibus aliisque auxiliaribus, quae serius inuentae sunt, nihil praesto ei erat praeter inscriptionem Rosettanam atque re vera difficillimum est, quod Spohnius beatus sibi proposuerat quoque nouus erat, totos libellos eosque grammatica ac philologica ratione interpretari. At vero etiam persuasum mihi est, me in eo saltem cum iis, penes quos est iudicare, consentire, systema Spohnii, quod dicunt, si non omnino, certe in universum recte se habere eumque ad literaturam tot saeculis obscuram inviamque dilucitandam suis viribus aliquid contulisse. Negari enim nequit, viam a Spohnio ingressam admodum probabilem esse; negari, inquam, nequit, quod Spohnio placuit, linguam Aegyptiacam non alia nisi cum Coptica con-

certam et incorrectam, tum ad historiam maxime antiquissimam etiar num obscuram et mutilam, tum ad mythologiam et generalem et sp cialem vel nunc principiis probabilibus carentem atque illustrationem i stam desiderantem, tum ad alias disciplinas caligine pressas illumina das tam aptum videtur, quam Aegyptiacae tot saeculis inexplicabil Vita breuis, ars longa est.

Scripsi in Uniuersitate Lipsiensi die 29. Septem. Anni MDCCCXXXI

Gustavus Seyffarth.

NOTITIA

TABULARUM HUIUS VOLUMINIS LITHOGRAPHICARUM.

Tab. I. *Inscriptio Rosettana demotica.*

Rosettanus, in Museo Britannico expositus, primum anno MDCCCXII Societa-iquariorum Londinensium auctoritate descriptus fuit. Huius editionis exem-ıpide lithographico describi iussit beatus Spohnius in vsum suum et pro le lingua et literis veterum Aegyptiorum edendo. Quum exemplum Spoh-summa ac fere incredibili fide expressum summaque cura a beato Spohnio ım, a me recognitum sit; hanc tabulam credo longam desiderii expectatio-plere. Exempla enim Inscriptionis Rosettanae Londinensia dudum deside-Monachica, licet non satis accurate expressas habeant literarum formas, ra-sunt atque ad opus pretiosissimum: *Description de l'Egypte*, vbi noua la-elineatio exstat, paucissimis patet accessus. Commentarium Spohnianum ad tulum continet Specimen primum Vol. I. inde a pag. 1. vsque ad pag. 17, vbi ingulos inscriptionis versus XXXII distinctos, vocabula singula inter se diuisa erpretatione latina et pronunciatione literarum.

Tab. II. *Papyrus Berolinensis demotica.*

pyrus haec in bibliotheca Regia Berolinensi asseruata No. 36., pro praefecto-eralitate Spohnio breue tempus ante mortem transmissa, accuratissime ab eo le descripta, a me correcta fuit. Lacunas papyri cruce duplicata atque ar-ıra notaui. Tres partes huius tabulae arctissime inter se cohaerent vnum-umen, cuius imago cum scala geometrica in tabula VI. No. IV. expressa est, t, ita vt secunda pars tabulae sit media voluminis. Titulum huius papyri e auersa scriptum vide Tab. VI. No. III. De hoc volumine Spohnius nihil reliquit, morte praeuentus, praeter vocabula pauca in schedula reperta Spec. 49. Haec est papyrus illa grauissima, syngraphum sequentis Tab. III., cuius

translatio graeca a beato Youngio inuenta fuit. De inscriptione huius voluminis demotica commentatus est vir s. v. Kosegartenus (Bemerkungen über den ägypt. Text eines Papyrus cet. Greifsw. 1824), graecam illustrauit beatus Buttmannus (Erklärung d. gr. Beisch. auf e. äg. Pap. Berl. 1824).

Tab. III. *Papyrus Parisina demotica.*

Haec tabula nititur duabus chartis lucidis inter schedas Spohnianas repertis, quas ad exempli fidem lapidi inscribendas curaui, quarumque autographum in secreto bibliothecae regiae Parisinae reperi. Subscriptio textus Aegyptiaca cum Graeca No. III. claritatis causa altera in charta repetita cernitur atque titulum partis auersae habes No. II. Huc spectat Specimen IV. Vol. I. p. 37 vsque ad pag. 43 cum vocabulorum aegyptiacorum diuisione, passim interpretatione literarumque translatione Spohniana. Hoc specimen est, quod inimici Spohnii, translatione Graeca huius papyri a beato Youngio inuenta, non dubitarunt dicere hymnum in solem, quo falsitas systematis Spohniani demonstretur. De eo nunc rectius iudicari potest. Quamquam enim Spohnius non omnia interpretari valuit, clarum tamen est, multa cum versione graeca postea reperta conspirare. Vid. Breuis defensio hieroglyphices Spohnianae. Lips. 1827. pag. 6 seq.

Tab. IV. *Papyrus Berolinensis demotica.*

Manuscriptum hoc No. 42. a. Bibliothecae Regiae Berolinensis Spohnio liberalissime mandatum accuratissime ab eo lapide descriptum est, adeo vt exemplum vix puncto differat ab autographo. Titulus in parte auersa huius papyri est Tab. VI. No. I. Ceterum hoc volumen cum sequenti Tab. V. coniunctum repertum fuit, ita vt vtraque papyrus initio vnum volumen longum efficerent. Vid. libellum meum *Beiträge zur Kenntniss des a. Aeg. Leip.* 1826. *pag.* 27. De hac papyro commentatus est Spohnius Vol. I. pag. 17—27.

Tab. V. *Papyrus Berolinensis demotica.*

Hoc manuscriptum No. 42. b. Bibliothecae Regiae Berolinensis a praecedenti, quocum initio cohaesit vnumque volumen constituit, non differt fide et cura Spohniana. Titulum partis auersae exhibet Tab. VI. No. II. Schedula ad calcem papyri depicta cum vocabulis: ὦρος ὦρου, teste Buttmanno, tunc temporis bibliothecae praefecto, soluenda papyro in medio volumine reperta fuit. Hunc ad titulum pertinet specimen III. Vol. I. p. 27—36.

Tab. VI. No. VIII. IX. X. Vid. notata ad Tab. VI. No. VIII. Interpretationes Spohnianas harum inscriptionum habes Vol. I. p. 47. Lit. B. pro titulo Tab. VII. No. IV., pag. 47. Lit. CDE. pro titulo Tab. VI. No. VIII. et IX., pag. 47. Lit. F. pro titulo Tab. VI. No. X. Inscriptio lateralis Tab. VII. No. IV. cum altera No. V., vno vocabulo excepto, plane congruit.

Tab. VIII.

No. I. Titulus demoticus cistae sepulcralis Graeco-Aegyptiacae in Museo Aegyptiaco Regio Berolinensi a me repertae. Huius textus interpretatio Spohniana habetur Vol. I. pag. 46. Spec. VI. Lit. A. Altero in latere huius cistae, circiter quinque pedes longae, leguntur haec verba: ΦΑΜΙΝΙϹ ΗΡΑΚΛϵΙΟΥ L B. Vid. H. de Minutoli *Abhandlungen vermischten Inhaltes, zweiter Cyclus* pag. 178.

No. II. Initium papyri demoticae in Bibliotheca Regia Berolinensi No. 50. cuius interpretationem nullam in schedis Spohnianis inueni.

No. III. Specimen papyri hieraticae, quam serius in Bibliotheca ciuica Francofurti ad Moenum reperi. Deest explicatio Spohnii.

No. IV. Inscriptio super introitum Catacombae a Belzonio inuentae, cuius literas Spohnius explicare studuit Tom. I. p. 48. Spec. XII.

No. V. Inscriptio prope Thebas in valle dicta Biban-el-Moluc reperta, cuius literas nonnullas Spohnius interpretari suscepit Spec. XIII. Vol. I. p. 48.

No. VI. Inscriptio rupis a Burckhardto inuenta (Travels in Nubia pag. 105), quam attinent literae Spohnianae Spec. XI. Tom. I. p. 48.

No. VII. Papyri hieraticae exemplum de folio lithographico depromtum, cuius in autographum serius incidi Francofurti ad M. in bibliotheca ciuica. Ad illustrandum hunc titulum Spohnius nihil contulisse videtur praeter literas nonnullas, quas ille in exemplo suo textui adscripsit ad vocabula Aegyptiaca, passim in principio aut fine deleta, restituenda.

No. VIII. Specimen papyri hieraticae, cuius autographum ignoro, cuiusque literae et vocabula nonnulla explicantur Vol. I. pag. 47. Spec. IX.

Ceterum tota haec tabula, cum omnia scripta Aegyptiaca a Spohnio adhibita conseruanda esse viderentur, post mortem Spohnii orta fuit.

Tab. IX.

Varia specimina papyri hieraticae, quam ex Museo Aegyptiaco Imperiali Vindobonensi ediderunt Fontana et Hammerus (Copie figuré d'un Rouleau cet, Vienne 1822). Literae cauae significant literas rutilas. De his capitulis Spohnius egit Vol. I. p. 50 seq. Spec. XV. ita, vt Pars I. pertineat ad caput IV., inde a versu 3;

Pars II. ad caput V. inde a versu 2; Pars III. ad caput VII., vbi versus Aegyptiaci 1, 2, 3 spectant ad lineas commentarii I, II, III, atque reliquae lineae ad versus tres sequentes. Vltima eiusdem papyri specimina vide Tab. X. No. IV. et V.

Tab. X.

No. I. et II. Inscriptio hieratica fasciae byssinae forte apud mumiam inuentae, quae ex Museo Aegyptiaco Regio Berolinensi Spohnio transmissa accuratissime ab eo lapide descripta fuit. Propter fasciae longitudinem duae inscriptionis partes exstiterunt, quarum coniunctionem lineolae in fine et principio ambarum virgarum innuunt.

No. III. Inscriptio fasciae hieratica eiusdem naturae et indolis, forte eadem de mumia detracta, ex eodem Museo.

No. IV. et V. Specimina vltima papyri hieraticae ex Museo Imperiali Vindobonensi ab Hammero et Fontana editae. Vide supra adnotationes ad Tab. IX.

De his titulis nihil explicuit Spohnius, morte praeuentus. Ceterum vtraque tabula, et X. et IX. a Spohnio inchoata, mihi perficienda mansit.

Tab. XI.

No. I. Inscriptio Rosettana hieroglyphica ad exemplum Monachicum excusa cum notis Spohnii manuscriptis. Quamquam beatus Spohnius professus est, se nihil fere de literis veterum Aegyptiorum hieroglyphicis inuenisse, neque in animo habuit, hoc in opere, vt titulus literaeque Spohnii docent (Vid. Memoria Spohn. p. 28), hoc literarum genus pertractare; incidi tamen in hanc tabulam, ex qua patet, quatenus processerit, quamque paucis illustrare iuuabit. Figurarum complexus lineolis circumsepti, sunt vocabula siue notiones plus semel occurrentia atque numeri iis adscripti varios, quibus recurrant eadem vocabula, versus significant. Numeri versibus impositi, passim cum literis: init., fin. coniuncti, designant ea inscriptionis hieroglyphicae loca, quibus demoticae vocabula incipiunt; quorum quidem ordo aliquoties reliquis numeris adscriptis indicatur, ita vt scias, quae vocabula demotica iam explicata vel graeca hieroglyphicis respondeant. Vocabula graeca et latina syzygiis illis hieroglyphicis imposita docent earum potestatem vel sensum. Denique, cum Spohnius signa hieroglyphica pro phoneticis siue pro literis haberet, sonos hieroglyphicorum passim literis latinis graecisue exprimere studuit. Quae quidem omnia, cum haud inutilia viderentur, accuratissime hoc in exemplo, vt officii duxi, ante oculos ponere studui.

No. II. Inscriptio rudis septem versuum in rupe inuenta ex opere Caillaudi:

Voyage cet. Tom. I. Pl. III. n. 3. Literas huius tituli nonnullas inde a versu secundo Spohnius explicare studuit p. 48. Vol. I. Spec. VIII.

No. III. Stela cum inscriptione hieroglyphica et oculis supra, quam serius reperi in Bibliotheca ciuica Francofurti ad M. Delineatio altera parte minor est lapide.

No. IV. Stela cum inscriptione hieroglyphica et nauis solisque specie supra, quem lapidem eiusdem magnitudinis eadem in vrbe primum vidi.

De vtraque inscriptione a me lapide descripta et correcta nihil scripti Spohnius reliquit.

Tab. XII.

Inscriptio Rosettana Graeca ad fidem exempli Monachici epressa. Literae cavae significant supplementa literarum verborumque deperditorum.

CONSPECTUS

SYSTEMATIS HIEROGLYPHICI SPOHNIANI.

§. 1. *Introductio.*

stema veterum Aegyptiorum hieroglyphicum, quod dicitur, est summa legum ac ularum, ad quas haec natio animi sensa vel cogitationes signis ac literis exssit. Etenim Aegyptiorum hieroglyphica dicuntur sensu latiori omnis generis scripta iquo more et vsu in Aegypto orta, siue sint demotica, vel enchoria, vel stolographica, vel vulgaria; siue hieratica, vel sacerdotales; siue, quae rerum iris constat, hieroglyphica, proprie sic dicta. Omnes autem populi veteres, qui ipta reliquerunt, quasdam leges ac regulas secuti sunt scribendo. Sic Graeci in itationibus consignandis, veluti depingendis, ita versati sunt, vt antiquissimis nporibus sonos linguae patriae nunc sedecim, nunc duodeuiginti, nunc viginti), nunc plures subinde inter se discernerent, totidemque signis, siue literis exmerent [1]). Inuentis literis simplicissime sonos vocabulorum vernaculorum singudeinceps scripserunt, nunc a sinistra dextram versus, nunc vice versa; nunc iunctis verbis nunc coniunctis in versuum serie; nunc plenis vocabulis nunc npendiis, siglis, notis, numeris adhibitis, eiusque generis aliis. Quae leges liaturae Graecae peculiares systema Graecorum hieroglyphicum dici possent, si lis Graecas hieroglyphicorum nomine liceret insignire. Systema vero graphicum iecum plurimis numeris differt ab Aegyptiaco, et ambitu et subtilitate et obscute et aliis rebus. Qui enim literas Graecas haud numerosas formasque gramticales nouerit, is vsu lexici, iam a veteribus instructi, paucissimis regulis obiandis, iam valet ad libros Graecos magna ex parte intelligendos et explican. Literae Aegyptiacae vero longe ampliorem et subtiliorem institutionem requit. Tria enim sunt apud Aegyptios scribendi genera diuersissima, quorum quodfere innumeris signis ac literis partim similibus, partim dissimilibus et inter se ersis constat. Praeterea linguam, qua Aegyptii scripserunt, neque satis cognii esse, neque Lexicis et Grammaticis explicari, inter omnes constat. Atque ipsum roglyphicorum nomen, quo Graeci et Latini et Aegyptii ipsi hoc scribendi ge-

1) Vid. librum meum: De sonis literarum Graecarum tum genuinis tum adoptiuis, cum commentae de literis Graecorum subinde vsitatis atque epistola Godofredi Hermanni. Lipsiae 1824. p. 577 seqq.

nus vocarunt, indici est, hanc gentem peculiari modo ac rationibus secretis animi sensa expressisse scriptis. Quid? quod Herodotus diserte testatur, apud Aegyptios omnia ac singula aliter se habere, quam apud reliquas nationes. Qua de re iuuauit ea, quae ad intelligentiam scriptorum Aegyptiorum, siue demotica, siue hieratica, siue hieroglyphica, faciunt ac pertinent, ad genera quaedam reuocare et singulatim pertractare.

Systema veterum Aegyptiorum hieroglyphicum tribus partibus constat, Grammatica, Lexico atque Hieroglyphica. Primum enim in scriptis Aegyptiacis cuiusque generis obseruantur elementa, nunc meris lineis, nunc rerum adumbrationibus circumscripta. Quorum elementorum et, quae ad ea pertinent, virtutum scientiam dicere licet Grammaticam. Porro ex elementis variis constant vocabula, quae literarum syzygia pariter ad normam quandam notiones et primarias et secundarias significant. In his colligendis et explicandis versatur Lexicon Aegyptiacum. Denique Hieroglyphices est, exponere leges scribendi tum eas, quae de arte ad cogitationes animi signis exprimendas ab Aegyptiis adhibita in vniuersum valent; tum eas, quae singula scribendi genera, demoticum, dico, hieraticum et hieroglyphicum, spectant; tum eas, quae singulatim in vocabula siue notionum indices veluti corpora cadunt; tum denique eas, quae ad vocabulorum elementa tanquam particulas pertinent. Hae iam sunt partes systematis hieroglyphici, quod dicunt, vel Philologiae Aegyptiacae, atque is est studiorum nostrorum finis, vt, vno verbo dicam, perfecta Grammatica, perfectum Lexicum atque perfecta et absoluta Hieroglyphice Aegyptiaca aliquando oriantur.

Quam metam summam ac longissimam assequi non vnius est hominis neque, vti cognitum et perspectum habeo, vnius aetatis. Sunt tamen non pauci, qui in hunc curriculum descenderent suosque passus facerent, tum inter veteres inde ab interitu literarum Aegyptiacarum, vt Kircherus, Zoega aliique, tum inter recentiores, vt De Sacy, Ackerbladus, Youngius, Champollionus, Kosegartenus aliique, quorum virorum inuenta propria et progressus systemata eorum hieroglyphica dicere placuit. Quum enim finis literarum Aegyptiacarum obscurissimus summisque difficultatibus impeditus sit, non licet mirari, alios, vt Kircherum ceterosque, quorum systemata dudum explosa sunt, plane de via deiectos esse; alios, maxime post inscriptionem Rosettanam inuentam, nunc rectius processisse, nunc longius a scopo aberrasse. Nemo enim adeo felix fuit, quin emendari et ab vlla parte vituperium subire debeat. Non huius est loci, systemata recentiorum hieroglyphica omnia accuratius expendere; sed id meum est officium, vt nunc vberius et clarius exponam, quale sit systema Spohnianum, siue quid beatus amicus inuenerit de legibus, ad quas veteres Aegyptii cogitationes suas consignauerint, quid de literis vel elementis scrip-

terarum Aegyptiacarum, quid denique de vocabulis vel literarum variis complexionibus; quibus quidem partibus vel particulis iam systema Spohnianum constat, siue rectum, siue falsum. Iuuabit ante omnia paucis dicere, qua via et ratione beatus Spohnius in studiis suis Aegyptiacis processerit.

§. 2. *De ratione quaestionum Aegyptiacarum.*

Spohnius beatus exordium fecit ab inscriptione Rosettana demotica. Quum comparando hoc titulo cum versione sua Graeca appareret, textum demoticum totidem fere versibus constare atque Graecum, statim ille intellexit, Aegyptios demotice non singulis signis, sed pluribus inter se coniungendis vocabula, vel notiones suas significasse. Quae literarum syzygia, quum inter se compararet, mox valuit inter se discernere. Plurima enim huius inscriptionis vocabula plus semel occurrunt, alia frequentissime. Hapaxlegomena partim ex aliorum vocabulorum finibus, partim ex locis inter duo vocabula vacuis literisque finalibus cognoscebantur. Iam eo peruenerat, vt in exemplo suo Aegyptiaco vocabula singula lineis rubris disiungere posset. Quo facto alterum negotium subeundum erat. Quaerebatur enim, quid singuli literarum complexus significarent, quibusque cum verbis Graecis conuenirent. Quam ob rem vidit, quibus in locis demoticis inciperent singuli versus translationis Graecae et vice versa circiter, ita vt inscriptiones Aegyptiacae totidem partes inter se aequales faceret, quot Graeca lineis constat. Hinc obseruauit, quibus in lineis et Aegyptiacis et, quae earum versionem haberent, Graecis eadem verba, scilicet eadem syzygia eademque vocabula Graeca recurrerent. Quae vocabula Aegyptiaca et Graeca locis inter se conuenirent, eadem significatu quoque congruere conclusit. Sic, quum videret, vocem πτολεμαιου quater decies legi in textu Graeco atque in textu demotico syzygium quoddam toties item locisque correspondentibus deprehendi; inde iudicauit, illud syzygium significare nomen Ptolemaei. Quum idem obseruaret de reliquis vocabulis quumque vocabula Graeca enunciationis cuiusque enunciationibus Aegyptiacis adscriberet, quo ordine verba in linguis orientalibus praesertim Coptica, scilicet naturali sese inuicem excipiunt; iam eo peruenerat, vt de potestate et significatione omnium fere syzygiorum Aegyptiacorum certus esset. Absoluto hoc vocabulario, denuo quaerebatur, quibus de causis, quasue ad leges certi quidam signorum demoticorum complexus id significare possent, quod secundum translationem Graecam significare deberent. Iam a vocabulario, quod instar Lexicorum Sinensium instruxerat, venit ad Grammaticam. Quaerebatur, quid singula syzygii cuiusdam signa facerent ad eius notionem vel sensum, et quanam lingua. Cogitavit de Coptica non inepte. Quum enim lingua Coptica primis post Christum saecu-

lis per totam Aegyptum viguerit eodemque tempore et Coptice et Aegyptiace siue Hieroglyphice scriptum sit, neque aliunde linguam Copticam in Aegyptum introductam esse constet; vix ac ne vix quidem de alia lingua, quae scriptis Aegyptiacis subsit, cogitari potest. Itaque totam inscriptionem Rosettanam demoticam charta lucida descripsit ita, vt vocabula plus semel occurrentia, conscriberet, iisque non Graeca solum, quae iis conuenirent, sed etiam Coptica, idem significantia, adiungeret. Quum sentiret, vocabula Aegyptiaca totidem fere signis constare atque Coptica, praesertim missis vocalibus; vidit, potestatem literarum Aegyptiacarum esse phoneticam siue alphabeticam. Quo facto denique restabat videre de pronunciatione literarum demoticarum. Itaque primum se contulit ad nomina propria. Comparandis his nominibus, cognouit haud paucarum literarum formas, quarum auxilio mox reliqua vocabula demotica aggressus est, neque frustra. Quum enim easdem literas in vocabulis Aegyptiacis repertas eodem modo pronunciaret, atque in nominibus; vidit vocabula Aegyptiaca nunc cum Copticis et Graecis, quas antea iis adscripserat, et pronunciatione et significatione plane conuenire, nunc aliqua saltem ex parte congruere. Sin inueniret nouas literas demoticas, iis eam potestatem eumque sonum tribuit, qui esset in Copticis vocabulis cum Aegyptiacis comparatis. Hinc denique eo processit, vt totam inscriptionem literis latinis conciperet et pronunciaret. Ceterum in his laboribus multa vidit de legibus scribendi, de vocabulorum natura et literarum proprietatibus, de quibus infra in capitibus de Hieroglyphice, Vocabulario et Grammatica Spohniana erit sermo.

De literis demoticis Spohnius profecit ad hieraticas, in quarum tractatione simillime versatus est. Quum enim videret, signa hieratica demoticis vere affinia esse atque in eo vtramque scripturam consentire, quod non vno, sed pluribus signis vocabula exprimuntur; inde conclusit, scripta Aegyptiorum hieratica iisdem legibus subiecta esse atque demotica. Itaque in titulis hieraticis, quos haberet, ita egit primum, vt vocabula siue signorum complexus iterum iterumque obuios lineis a reliquis seiungeret. Qua in re denuo literae quaedam finales verborumque intervalla vtut exigua suffragabantur. Titulis variis in vocabula sua solutis quaestio erat de singulorum signorum vel literarum, quibus constant, potestate. Quum in scriptis demoticis varias literas literarumque formas didicisset, non ineptum videbatur, literas hieraticas cum demoticis forma similibus comparare, comparatas et inter se congruentes pari modo pronunciare. Sic integros titulos literis Latinis descripsit atque Lexici Coptici ope vocabula Aegyptiaca in vernaculam linguam transtulit. Quae inuenerit de legibus literarum hieraticarum, de Lexico et Grammatica, infra vberius exponentur.

Denique Spohnius ad scripta hieroglyphica se contulit ita, vt ab inscriptione

Rosettana, tamquam fundamento, initium faceret [2]). Inscriptio Rosettana hieroglyphica, si partes abruptae supplentur, totidem fere versibus constat atque demotica Graecaque versio. Quae quum obseruaret; coniecit, tum veterum, tum recentiorum opinionem, qua singula signa hieroglyphica singula vocabula vel notiones exprimunt, esse falsam; imo, vt in scriptis hieraticis et demoticis accidit, plura signa vnum vocabulum significare. Itaque, vt consueuerat, quaesiuit de complexuum hieroglyphicorum sensu ac potestate ita, vt ante omnia videret, quibus in locis eadem vocabula recurrerent. Cuius generis vocabula sunt ea, quae Spohnius in Tab. XI. lineolis inclusit, atque numeri ibi collocati significant versus inscriptionis hieroglyphicae eos, quibus eadem syzygia reperiuntur. Hinc quaesiuit loca inscriptionis hieroglyphicae, quibuscum initia aut exitus versuum demoticorum congruerent, quae loca numeris et literis: *ex. init. med.* notata passim apparent in tabula dicta. Inventis locis vtriusque inscriptionis parallelis, si dicere licet, non dubitauit variis syzygiis hieroglyphicis tribuere potestatem et significatum nunc vocabulis Graecis, nunc numeris adscriptis, quae ad easdem notiones demotice expressas spectant. Denique cum scripta hieroglyphica hieraticis et demoticis simillima esse animadverteret, non mirum est, eum singularum figurarum quoque potestatem et pronunciationem vt expediret, tentasse; quam ob rem nonnullis signis literas Graecas Latinasque adscripsit. Clarum est, in his eum literarum hieraticarum demoticarumque formas ante oculos habuisse. Signa enim hieroglyphica, quibus literas adscripsit, admodum similia sunt eis signis demoticis et hieraticis, quas iisdem literis Latinis Graecisque expressit. Ceterum, quamquam beatus Spohnius in literis hieroglyphicis parum profecerat; nam plurimae huius tabulae notationes ad annum 1819 pertinent; fundamenta saltem Hieroglyphices, Vocabularii et Grammaticae hieroglyphicae iacta erant multo ante eius mortem.

Restat, vt nunc breuiter exponatur, quid Spohnius hac tali via ingressus inuenerit, quas leges scripturae Aegyptiacae tum demoticae, tum hieraticae, tum hieroglyphicae expediuerit, quae vocabula explicuerit, quas literas aliasque Grammaticae partes illustrauerit, siue, vt verbo dicam, in quo consistat systema Spohnianum.

§. 3. *De hieroglyphice scriptorum demoticorum.*

1) Scriptura Aegyptiorum demotica, vel epistolographica, vel enchoria, vel vulgaris, quam veteres dixerunt, ea est ex sententia Spohnii, quae in Tabb. I. II. III., aliis, atque in omnibus scriptis his aequalibus cernitur.

2) Vid. Tab. XI. huius voluminis, vbi omnia habes, quae Spohnius in exemplo suo notauit.

2) Notiones animi siue ideae, vel vocabula, demotice non singulis signis, sed pluribus signorumque complexibus exprimuntur [3]).

3) Quamquam eadem vocabula semper fere iisdem signis exprimuntur, accidit tamen haud raro, vt pro certo cuiusdam syzygii signo aliud forma diuersa reperiatur [4]).

4) Signa demotica adeo inter se diuersa sunt, vt circiter 800 formae seu figurae variae distingui possint [5]).

5) Signa demotica non symbolica, sed phonetica sunt instar literarum [6]).

6) Scriptis demoticis, teste Plutarcho (De Is. p. 374), alphabetum XXV literarum subest, qua de re singulos orationis humanae sonos pluribus variisque signis significatos fuisse necesse est [7]).

7) Literae demoticae, teste Herodoto (II, 37), a dextra sinistram manum versus scribuntur [8]).

8) Soni orationis humanae, quorum mentionem Plutarchus fecisse videtur, quique variis signis vel literis demoticis exprimuntur, potissimum respectu literarum Copticarum habito, ad sequentes literas reuocari possunt: a, e, η, η̄, i, o, ω (ô), u, (b) p, p̀, ph, (c, g), k, ch, kh, (d) t (th), f, h, l, m, n, r, s, ss, sch, sj numero viginti quinque [9]).

9) Lingua, qua Aegyptii veteres demotice scripserunt, est Coptica in vniversum [10]).

10) Multa vocabula demotica, salua literarum interpretatione recepta, non satis cum Copticis suis conspirant, qua re Aegyptii passim notiones alienis vocabulis,

---

3) Excipiendae sunt eae notiones, quas lingua Coptica vocabulis monosyllabis, scilicet vna consona cum vocali exprimit, vt *sche* filius, cuius generis multa exempla extant in commentariis Spohnianis.

4) Monitum Spohnii in Rudimento Grammaticae p. VI. Vid. Praefat. Vol. I. pag. IX. n. 1. Exempla sunt multa in commentariis.

5) Vid. Vita Spohnii pag. 27. Quum non mihi licuerit, singula literarum demoticarum signa tabula quadam ad hoc volumen adiecta singulatim describere; ea cognoscenda sunt ex titulis Aegyptiacis cum lectionibus Spohnianis comparatis.

6) Nonnulla vero quamuis phonetica, ideographice explicanda sunt, de quibus infra no. 17.

7) Quae varia sonorum symbola vel signa cognoscuntur ex lectionibus Spohnianis.

8) Herodotum confirmant papyri, quae dextra incipiunt literis majusculis, desinunt sinistra. Vid. Tab. II. III. IV. al.

9) Vid. Commentaria Spohniana, atque Vol. 4. (Praefat. ad Tom. I. pag. X. no. 4.), Vol. 6. (ib. pag. 84, Scheda 2 (ib.).

10) Vid. Vita Spohn. pag. 22. atque commentaria, vbi multa vocabula Aegyptiaca cum Copticis plane consentiunt.

vel alia secreta quadam ratione, expressisse videntur, in quo versatur forte dialectus Aegyptiorum, quam veteres dixerunt, sacra [11]).

11) Literae vocales, maxime mediis in verbis, saepe numero omittuntur, vt in linguis orientalibus solemne est [12]).

12) Literarum vocalium eadem est ambiguitas atque literarum vocalium in linguis Semiticis [13]).

13) Literae demoticae passim aliae aliis insident aut succumbunt, qua in re nonnunquam figuram mutant [14]).

14) Eaedem literae, vel simillimae, nonnunquam sonos et vocales et consonantes inter se diuersos significant [15]).

15) Literae Copticae passim duabus tribusue figuris demoticis exprimuntur [16]).

16) Numeri signis singularibus exprimi solent, quae literis haud sunt absimilia [17]).

17) Nomina propria in signa exeunt, quae quamuis alphabetica sint, symbolica quadam natura esse videntur [18]).

Hae sunt leges scripturae Aegyptiorum hieraticae, quas Spohnius beatus arte studioque inuenit.

§. 4. *De hieroglyphice scriptorum hieraticorum.*

1) Hieratica, siue sacerdotalis Aegyptiorum scriptura ea est, quae cernitur Tab. IX. X. atque omnibus in monumentis cum literis illis similibus.

2) Hieratice non singulis signis, sed pluribus, vel signorum complexionibus, animi notiones, vel ideae exprimuntur [19]).

---

11) Vid. Vita Spohn. pag. 24 et 22. Exempl. *no*, *noo* pro *nuti* deus. *neo* pro *ra* sol, al.

12) Vid. Vol. 1. (Praef. ad Tom. I. p. IX. no. 1.) pag. 2. Exempla *nm* pro *nem*, Ins. Ros. Lin. XXIX. 3. *nschi* pro nasche, ib. XV. 8.

13) Vid. Vol. 1. (Praef. ad Tom. I. p. IX. n. 1.) pag. 3. Exempl. *nschi* pro *nasche* l. c. *tau* pro *teu*, equi; Ins. Ros. XII. 8. XV. 5.

14) Exempla: Insc. Ros. XV. 8. 38. III. 20. XXIII. 30.

15) Hanc legem postea Champollion, V. Cl., in literis hieroglyphicis inuenit. Précis Planches no. 110. al. Exempl. *r* et *l*, *r* et *e*, *s* et *n*. al. Vid. Sp. I.

16) Hanc legem ego postea in hieroglyphicis reperi. Rudimenta §. 25. Exempla: ṗ in *templum* Ins. R. demot. XXXII. 19. *η* in *statuere* ib. XVII. 14. i in *seruare* XXI. 8. al.

17) Ex. In. Ros. XXV. 35. XXIX. 35. XIV. 14. XXXII. 22. Spec. V. Lin. I. 3. 5. al.

18) Eadem vidit Kosegartenus, V. V., postea. Litteratura Aeg. p. 5. His de signis quid Spohnius habuerit, saltem in calce Tab. V. apparet, vbi nomen suum eius generis signo recte admisso more Aegyptiaco scripsit.

19) Saltem excipienda sunt vocabula monosyllaba e consona et vocali constantia, vt *m* Spec. XV. P. II. L. V.

3) Literae hieraticae, quamquam arctissime cum demoticis coniunctae, differunt ab iis elegantia, magnitudine, vbertate et apicibus [20].

4) Signa hieratica eosdem orationis humanae sonos exprimunt atque demotica ea, quae hieraticis maxime similia sunt figuris [21].

5) Scriptura hieratica pariter atque demotica a dextra ad sinistram exaratur [22].

6) Lingua scriptis hieraticis expressa in vniuersum est Coptica; sunt tamen haud pauca vocabula, quae non satis conueniant cum Copticis [23].

7) Literae Copticae eaedem, siue soni singuli, variis literis hieraticis exprimuntur [24].

8) Ceterum scriptura hieratica plurima habet communia cum demotica, veluti signorum copiam, vocalium elisionem et ambiguitatem, literarum compositionem, partitionem, ambiguitatem [25].

Hae sunt leges scripturae veterum Aegyptiorum hieraticae, quas Spohnius pro auxiliorum suorum modulo explicare studuit.

§. 5. *De hieroglyphice scriptorum hieroglyphicorum.*

1) Scriptura Aegyptiorum hieroglyphica, proprie sic dicta, ea est, quae cernitur Tab. XI. atque omnibus in scriptis eiusdem naturae.

2) Signa vel figurae hieroglyphicae non singulae, vt communis opinio erat, sed plura simul vnam notionem vel ideam exprimunt [26].

3) Raro accidit, vt pro vno vocabulo vna figura hieroglyphica reperiatur [27].

---

20) Vid. Tab. IX. et X. Praeterea nihil de natura scripturae hieraticae Spohnius notauit.

21) Haec literarum demoticarum cum hieraticis affinitas cernitur e. g. in *l* In. Ros. Lin. I. 8. col. Tab. IX. No. IV. Lin. 10. vltima litera.

22) Bene Spohnius obseruauit literas titulorum initiales Tab. IX., quae colore rutilo distinctae sunt.

23) Vocabula hieratica plane Coptica sunt e. g. *nem* cum, Spec. XV. P. I. L. VII. 7. *scheri* filius, ib. P. II. IV. 4., haud satis Coptica e. g. *nuu* pro *nuti* deus, ib. P. I. L. V. 4.


24) Sic Spohnius e. g. *e*, *sch*, Spec. XV. P. I. Lin. 1. 2. rel.

25) Varia signa in titulis Tab. IX. No. IV. V. VII. conspicua omnia ad illos sonos 25 supra dictos not. 9. reuocare studuit. Exempla vocalium omissarum sunt *nm* pro *nem* cum, *chme* pro *chemi* Aegyptus. Literas hieraticas alias aliis supersedere cognoscitur v. c. ex literis *ti* Spec. XV. P. I. L. V. 5, quo ex loco etiam apparet, duo signa vnum sonum significare. Atque eadem litera duos sonos diuersos exprimi posse, Spohnius ibidem (Sp. XV. P. I. L. VIII. 3.) inuenisse videtur, cum literam *l* etiam *r* pronunciaret, col. *mmyri* cum *mmiell* et *mahlu*, not. 1. pag. 51.

26) Haec lex eo cognoscitur, quod Spohnius varios signorum complexus lineis inclusit, quibus partim vocabula interpretantia, partim numeros adscripsit, e versibus demoticis petitos. Vid. Tab. XI. maxime Lin. 6.

27) Huius generis hieroglyphica solitaria, quae Spohnius pro symbolis habuisse videtur, inuenit Tab. XI. Lin. 8. *templum*, Lin. 11. *sacrificia*, Lin. 14. *deum* significantia, alia.

5100 [illegible]



§. 9. *De Grammatica Aegyptiaca.*

Tertia pars systematis hieroglyphici Spohniani ad Grammaticam Aegyptiacam pertinet. Grammatices enim est, ante omnia enumerare et pronunciare elementa, vel literas, earumque naturam, proprietates, virtutesque explicare. Eodem spectant numeri, tamquam elementa scriptorum Aegyptiacorum, atque formae, quae dicuntur, grammaticales. De quibus argumentis iam nobis agendum est deinceps. Grammatica enim Aegyptiaca, quippe tripartita, non solum amplissima est, sed etiam innumeris fere modis impedita ac intricata, quare iuuabit nosse, quid Spohnius ad singulas eius partes expediendas contulerit.

§. 10. *De alphabeto demotico.*

Spohnius beatus, vt monitum est, circiter 800 signa demotica interpretari studuit, ita vt omnia eorum ac singula ad viginti quinque sonos, vt veteres voluerunt, reuocaret totidemque literis latinis graecisque significaret [35]. Quum longum foret, signa demotica omnia, quae auctor interpretatus est, enumerare et, quibus in locis reperiantur, demonstrare; sufficiat, conspectus gratia, breuiter indicare, quot ille signa vel literarum demoticarum formas pro vno sono inuenerit. Ceterum Spohnius paucissima signa iam contulerat in grammaticam suam, quum morbis opprimeretur; pleraque reliquit in commentariis suis latinis, scilicet Specim. I—VIII. et X—XIV. [36]. Signa quidem demotica, tum in lapidum, tum in papyrorum titulis inuenta, habet haec:

35) Vid. supra §. 3. no. 8. cum nota 9. Qui altius in hoc literarum genus inquirere cupiunt, eos iuuabit commentaria Spohniana cum titulis Aegyptiacis accurate comparare.

36) Vid. Praefat. ad Vol. I. p. X. no. 2. 3. 4. 13. pag. IX. no. 1.

pro	a	circiter	32	formas	pro	g et k	circiter	19	formas
—	e	—	39	—	—	h et kh	—	29	—
—	η et η	—	30	—	—	l	—	6	—
—	i	—	82	—	—	m	—	57	—
—	o et ω	—	43	—	—	n	—	130	—
—	u	—	59	—	—	p, p̀, ph	—	42	—
—	b	—	30	—	—	r	—	32	—
—	c et ch	—	22	—	—	s et ss	—	22	—
—	(d) t, th	—	52	—	—	sch	—	34	—
—	f	—	26	—	—	sj	—	37	—

§. 11. *De alphabeto hieratico.*

Etsi signa hieratica numero non sunt minora demoticis; Spohnius tamen ea tantum interpretandi periculum fecit, quae in tribus speciminibus Tab. IX. atque aliis duobus Tab. VIII. et XI. continentur. Inuenit autem, vt solummodo ex commentariis Spohnianis cum titulis comparatis constat, pro 25 sonis signa hieratica circiter 150, scilicet haec:

pro	a	circiter	12	formas	pro	g et k	circiter	1	formas
—	e	—	16	—	—	h et kh	—	10	—
—	η et η	—	18	—	—	l	—	3	—
—	i	—	15	—	—	m	—	12	—
—	o et ω	—	12	—	—	n	—	10	—
—	u	—	8	—	—	p, p̀, ph	—	6	—
—	b	—	....	—	—	r	—	8	—
—	c et ch	—	2	—	—	s et ss	—	....	—
—	(d) t, th	—	12	—	—	sch	—	10	—
—	f	—	2	—	—	sj	—	5	—

§. 12. *De alphabeto hieroglyphico.*

De literis hieroglyphicis Spohnius, vt ipse professus est, paucissimas explicuit, quarum indicem, ex sola Tab. XI. depromtum, hic adscribere fas est. Scilicet habuit 16 figuras hieroglyphicas sequentes pro literis

brachium cum virga pro *a*. Ins. Roset. Lin. V. init. bis.
oculum pro vocali *η*. Ib. Lin. VII. med.
coturnicem pro vocali *η*. Ib. Lin. XI. init. XII. fin.
hierundinem pro vocali *η*. Ib. Lin. IX. init.
brachium? pro vocali *η*. Ib. Lin. XI. med. XII. med.
lepram pro vocali *η*. Ib. Lin. X. init. XIII. med.
patellam pro vocali *η*. Ib. Lin. XII. fin.
nilometrium pro vocali *η*. Ib. Lin. X. med. V. med.
funiculum contortum pro vocali *η*. Ib. Lin. IV. med. bis.
oris speciem pro vocali *η*. Ib. Lin. XIII. fin.
aediculam pro vocali *η*. Ib. Lin. XI. fin.
hominem in solio pro vocali *η*. Ib. Lin. VIII. fin.

hominem cum vasculo pro vocali *η*. Ib. Lin. V. med. X. fin. IV. bis.
instrumentum quoddam pro vocali *i*. Ib. Lin. XIV. init. bis.
instrumenti speciem pro consona *m*. Ib. Lin. XIII. init.
auem quandam pro consona *t*. Ib. Lin. XIII. init.

Praeterea quum Spohnius nonnulla vocabula hieroglyphica cum demoticis, vt numeri testantur, comparauerit, atque vtrumque genus ad linguam et alphabetum Copticum retulerit; probabile est, eum de aliis etiam literis hieroglyphicis certum fuisse, quibus literas latinas nullas adscripserit.

§. 13. *De numerorum signis.*

Numerorum signa, vel sigla ab Aegyptiis adhibita fuisse, recte obseruauit beatus Spohnius, quamquam non ei contigit, vt plura manuscripta cum numeris accuratius inter se comparare posset. Quid ille ad cognitionem systematis Aegyptiorum numeralis contulerit, docent sequentia. Inuenit enim:

pro I. lineolam erectam hieroglyphice. Tab. XI. Lin. XIV.
lineolam erectam demotice. Spec. V. Lin. 1, 3.
similiter in lapide Ros. Spec. I. Lin. 32, 18. 29, 34.
pro II. lineolas duas hieroglyphice Tab. XI. Lin. XIV.
similiter demotice Spec. I. Lin. 32, 20.
pro III. lineolas tres hieroglyphice Tab. XI. Lin. XIV.
tres lineas coniunctas demotice Spec. I. Lin. 23, 38. 32, 22.
pro V. hami speciem Spec. I. Lin. 29, 35.
pro VIII. signum literae *h* simillimum demotice. Spec. I. Lin. XIV, 14.
simillimum signum demot. Spec. V. Lin. 1, 4.
pro IX. lineam erectam cum hamo supra demotice Spec. I. Lin. 1, 3.
pro X. signum *i* simile demoticum Spec. I. Lin. 25, 35.
pro XXX. signa corrupta demotice Spec. I. Lin. 22, 37.

Praeterea inuenit signa, quibus adhibitis ex numeris cardinalibus fiunt ordinales, tum demotice, tum hieroglyphice; porro signa repetitionis numerorum, vt ter, atque alia nonnulla vocabula numeralia [37]).

§. 14. *De formis grammaticalibus.*

Quum lingua in scriptis veterum Aegyptiorum adhibita Coptica sit, non mirum est, formas grammaticales quoque Aegyptiacas cum Copticis multis numeris consentire, de quibus Spohnius inuenit sequentes:

Articulus determinatus singularis mascul. gen. est
demotice *pi* Ins. Ros. XX. 7. al.
p In. Ros. XX. 35. al. VII. 4. XIV. 8. XXII. 31. al.
hieratice *p* Spec. XIV. P. 1. Lin. VII, 4. ib. Lin. III. 3. al.

---

37) Vid. Tab. XI. Lin. XIV. fin. Spec. I. Lin. XXXII. 16. sq. Spec. V. Lin. 1, 5. Spec. I. Lin. 23, 37. 20, 6, al. vid. vocab. demot.

Articulus determinatus singularis feminin. gen. est
demotice *t* In. Ros. XXIV. 28.

Articulus determinatus pluralis masc. et fem. gen. est
demotice *n* Insc. Ros. Lin. XXIV. 36. I. 16. al.
ne In. Ros. Lin. VI. 5. VIII. 4. 10. 31. XVII, 16. al.
nen In. Ros. Lin. VII. 16. IX, 26. al.
neu In. Ros. Lin. X. 15. al.
h signo simile Insc. Ros. Lin. V. 7. VI. 34. al.
he, vt alias sonant, Ib. Lin. IV. 13. al.

Articulus indeterminatus mascul. et femin. gen. singular. est
demotice signum *h* simile In. Ros. Lin. IX, 3. XI. 12. XV. 34. al.

Articulus indeterminatus masc. et fem. gen. plural. est
demotice *hn* Ins. Ros. Lin. XI. 21. XII. 13. Spec. III. 1, 16. al.

Nota omnium casuum est
demotice *n* Ins. Ros. Lin. XXV. 41. XXIII. 14. III. 17. al.
m Ins. Ros. II. 2. 3. al. V. 22. al.
hieratice *n* Spec. VIII. 5. al.
m Spec. XIV. P. I. Lin. VIII. 3. al.

Genitiui nota particularis est
demotice *nte* Spec. III. Lin. 3, 4. 10, 3. 12. al.

Accusatiui nota particularis est
demotice *e* In. Ros. Lin. XXIII. 7. XVI; 18, 22. al.
hieratice *e* Spec. XIV. P. I. Lin. IV. 4. al.

Genus femininum vocabulorum indicatur in fine adiecta litera
demotice *t* In. Ros. Lin. VI. 16. Spec. II. 3, 8. III. 3, 8. al.

Nomina propria terminantur siglis, quae pronunciari possunt,
demotice *me* Spec. III. 1, 5. 8. 10. al.
nh vel mh. Spec. III. 2, 26. 3, 5. 9. al.
hieratice *me* Spec. VIII. Lin. V. 1. al.

Statu constructo literae finales mutantur
demotice *e* pro *oe* In. Ros. L. IV, 29. VI. 8. XXVIII. 26. XXX. 9. al.

Pluralis indicatur literis finalibus mutatis, aut nouis additis
demotice e (lincola erecta) Insc. Ros. IV, 14. IX. 20. XXI. 18. al.
h literae simili signo passim cum puncto In. Ros. IV. 18. XX. 17. al.
i et *η* Insc. Ros. Lin. II, 2. V. 16. XIII. 6. al.
o et *ω* Insc. Ros. Lin. VIII. 10. XIII. 22. al.
u Insc. Ros. Lin. XIII. 7. XV. 24. al.
ie vel *η*e Insc. Ros. Lin. XVI. 3. al.
oe et o*η* Insc. Ros. Lin. XVII. 3. 13. I. 20. al.
ue Insc. Ros. Lin. IX. 11. VIII. 3. al.

Idem significat repetitio eiusdem vocabuli
demotice Insc. Ros. Lin. XXIII. 29, 17. XXIV. 31. XXV. 1. al.

Pronomen singularis masculinum est (ille, eius, ei, eum)
demotice *f* vel *φ* vel *η* Insc. Ros. Lin. I. 12. VII. 2. 3. al.
u Insc. Ros. Lin. XIX. 2. al.
hieratice *o* vel *u* Spec. XIV. Lin. VI. 5. p. 51. ib. Lin. II. 6. al.

Pronomen pluralis masculinum est (illi, illorum, illis, illos)
demotice *ue* In. Ros. Lin. VIII. 14, al.

Affixum singularis mascul. tertiae personae est (ille, illi, illum)
demotice f vel φ vel η Insc. Ros. Lin. I. 12. VII. 24. VIII. 13. XVI. 31. II. 8. VI. 31. XX. 26. Spec. II. 10, 25. al.
Affixum pluralis mascul. tertiae pers. est (illi, illis, illos)
demotice u vel ðu In. Ros. Lin. VII. 26. XXII. 4. al.
Verbum auxiliare est (facere fieri)
demotice er. In. Ros. 1, 25. al.
Praefixum verborum praesentis tertiae person. plur. est
demotice eu In. Ros. Lin. XXIV. 13. VIII. 10. IX. 13. X. 9. XII. 31. al.
Coniunctiui nota est particula (vt ἵνα)
demotice nte Ins. Ros. Lin. XXIV. 15. XXV. 16. XXXI. 7. al. VII. 3. al.
***sche* Ins. Ros. Lin. XII. 5. al.**
hieratice n Spec. XIV. P. II. Lin. X. 1. al.
***ne* Spec. XIV. P. II. Lin. VII. 1. al.**
Participium in singulari praemisso articulo desinit
demotice eη Insc. Ros. Lin. I. 11. al.
***t* Insc. Lin. IV. 15. al.**
Participium in plurali incipit
demotice eu Ins. Ros. Lin. XXIX. 38. I. 32. X. 20. XI. 21. XIII. 9. XXX. 1.

Haec itaque sunt quae Spohnius pro viribus suis inter alia ad Grammaticam Aegyptiacam, ad Lexicon et Hieroglyphicen tripartitam contulit.

§. 15. *Conclusio.*

Multum, vt profiteri debeo, abest, quin credam atque contendam, systema Spohnianum, quod dicitur, omnibus numeris perfectum et absolutum esse. Imo noui et scio, quae his duobus voluminibus tradita sunt, ea non sufficere ad totam Aegyptiorum literaturam, instar literarum Graecarum Latinarumue, intelligendam et explicandam. Neque vnius hominis est, paucorum annorum spatio, praesertim quum auxilia idonea desint, signa et literas trium scribendi generum et numerosissimas et obscurissimas cum aliis penitus illustrare, et Lexicon tripartitum e scriptis difficillimis absoluere, atque omnes illas leges miras ac mysticas inuestigare et eruere, ad quas Aegyptiorum sacerdotes cogitata sua signis, vel expresserunt, vel celare studuerunt. Neque is sum, qui putem et iactem, nihil a Spohnio erratum, nihil perperam scriptum esse. Imo persuasum mihi habeo, his in voluminibus magis peccatum esse, quam in aliorum, quae Aegyptiaca tractant, operibus vel opusculis. Etenim quae iam e collectaneis Spohnianis in lucem edidi et illustraui, ea auctor tantum aberat, vt ad emissionem ac manumissionem matura iudicaret, vt diu supprimere et accuratius pertractare, expendere, examinare, comparare vellet. Quis enim aduersaria sua, primo quasi impetu conscripta, in eruditorum orbem exire iubeat? Praeterea beato Spohnio exempla Aegyptiaca iusto pauciora, eaque neque satis vtilia, neque satis correcta, concessa fuerunt. De tot monumentis veterum

1.

Tab. 9.

sat est. Ceterum non desunt libri, qui docte de rebus Aegyptiacis disserant, veluti de mythologia, de chronologia, cum totorum titulorum versionibus, suppellex grammatica; sed egemus operibus, quae literas Aegyptiacas grammatica ac philologica ratione pertractent. Primum huius generis opus est Spohnianum. Qui reprobant hoc experimentum, eorum sane est, meliorem rationem docere.

Quod scientiam ipsam attinet, id saltem magni momenti est, quod viri ingeniosissimi literisque Aegyptiacis plurimum versati, Youngius, inquam, Champollionus, Kosegartenus, Spohnius aliique suo quisque modo et ratione simillima inuenerunt atque de rebus certe principalibus inter se consentiunt. De quo enim viri doctissimi et acutissimi inter se conueniunt, de eo vix longius dubitari potest. Quam ob rem sperare licet, fore, vt, via aperta, literae Aegyptiacae, tot saeculis obscurae et inuiae, de die in diem magis illustrentur et expediantur atque omnes fere disciplinae sua inde capiant et incrementa et ornamenta. Negari enim nequit, vt vnum afferam, mythologiam non solum Aegyptiorum, sed etiam Graecorum aliarumque nationum etiamnum perobscuram esse neque ad principia recta reuocari potuisse; chronologiam ab omni parte claudicare et vacillare omnemque historiam antiquissimorum temporum dubiam et mutilam esse. Quae quum nullo literarum genere magis expediri posse videantur, quam Aegyptiaco, quippe antiquissimo et incorruptissimo et accuratissimo; valde optandum est, vt quam plurimi harum literarum amici existant atque, spretis omnibus laboribus et difficultatibus, ad communem vtilitatem vsumque suis lucubrationibus aliquid conferre studeant.

Recogn. Spohn